F. y LETRAS

A-3-77

# LIBERA-LIVM ARTIVM

Magiſtri Barrienti bonarum literarum Salmanticæ profeſ-ſoris, Partium orationis Syntaxeos liber.

*Acceſsit eodem libri Syntaxeos Epitome, mira breuitate totius libri commoda amplectens.*




SALMANTICÆ,
Sumptibus Simonis à Portonarijs.
1574.
CVM PRIVILEGIO.
Eſta taſſado en treynta marauedis.

# El Rey.

POR quanto por parte de vos el maeſtro Barrientos, nos ha ſido fecha relacion que vos auiades fecho, y compueſto, vn libro intitulado Lima Barbariei, breuiſsimæ in ſomnium Scipionis explanationes, y otro intitulado Aggregationum in Sylua, y otro intitulado Synonymorum liber, y otro de Periodorum ſiue Ambituum diſtinctionibus, De Periodis ordinandis, De Monetis antiquis ad Caſtellanas reductis, De Calendis, De coloribus & eorum ſignificatis: y otro de Partium orationis Syntaxi. Los quales eran muy vtiles y prouechoſos a los eſtudiantes y otras perſonas que los leyeſſen: ſupplicãdonos los mandaſſemos ver, y daros licẽcia para que vos, o la perſona que vos nõbraſſedes, y no otra alguna, pudieſſe imprimir y vender los dichos libros, o como la nueſtra merced fueſſe, y nos tuuimos lo por bien. Y por la preſente vos damos licẽcia y facultad, a vos el dicho maeſtro Barrientos, o a quien vueſtro poder huuiere, para que por tiempo de ſeys años

 prime-

YO Iuan Fernandez de Herrera ſecretario de ſu Majeſtad doy fee q̃ auiẽdo ſe viſto por los ſeñores del cõſejo de ſu Mageſtad vn libro intitulado Partium orationes Syntaxeos que con licencia de los dichos ſeñores del cõſejo de ſu Mageſtad hizo imprimir el Maeſtro Barrientos fue taſſado en treynta marauedis. Y otro intitulado Synonymorũ liber, fue taſſado en real y medio cada volumen. Y otro intitulado Lima Barbariei: fue taſſado en dos reales en papel cada volumen: con que antes que ſe vendan: impriman en la primera hoja eſte teſtimonio de taſſa. E porque anſi cõſte di la preſente fee: que es fecha en Madrid a diez dias del mes de Abril de. 1573.

Iuan Fernandez de Herrera.

DON Phelipe por la gratia de Dios Rey de Caſtilla, de Leon, de Aragõ de las dos Sicilias de Ieruſalẽ, de Nauarra, de Granada, de Toledo, đ Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña de Cordoua de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algecira, de Gibraltar, Duque de Milan, Conde de Flandes y de Tirol, &c. Por quanto por parte de vos el maeſtro Barrientos, nos fue fecha relaciõ diziẽdo que vos cõ licencia nueſtra auiades impreſſo vn libro Intitulado Partium orationis ſyntaxeos y otro intitulado Lima Barbariei, y otro intitulado Synonymorum liber, los quales eran vtiles y prouechoſos a los eſtudiantes y otras perſonas q̃ los leyeſſen ſuplicãdonos los mãdaſſemos ver e daros licẽcia para los tornar a imprimir o como la nueſtra merced fueſſe,

fueſſe lo qual viſto por los del nr̃o cõſejo; y como en los dichos libros ſe hizo la diligẽcia q̃ la prag. matica, por nos agora nueuamẽte fecha diſpone fue acordado q̃ deuiamos mãdar dar eſta nueſtra carta para vos en la dicha razõ y nos tuuimos lo por biẽ: por la qual vos damos licencia y facultad para q̃ por eſt. ,ez podays tornar a imprimir los dichos libros q̃ de ſuſo ſe haze mẽciõ, ſin por ello caer ni incurrir en pena alguna, y mãdamos q̃ la dicha impreſsiõ, ſe haga d̃ los dichos libros origi nales rubricadas todas las hojas, y firmado al fin d Iuã fernãdez de Herrera nueſtro ſecretario de camara, de los q̃ reſidẽ enl nueſtro cõ ſejo, y q̃ deſpues de impreſſos no ſe puedã vẽder ni venda ſin q̃ primero ſe traygã al nueſtro cõſe. jo, jũtamẽte cõ los dichos originales para q̃ ſe vea ſi la dicha impreſsiõ eſta cõforme a ellos y ſeos d̃ licẽcia para los poder vẽder taſſãdo ante todas coſas enl nueſtro cõſejo el precio a q̃ ſe vuiere de vẽder cada volumẽ ſopena de caer e incurrir en las penas cõtenidas en la dicha pragmatica y leyes de nr̃os reynos y mas de la nueſtra merced d̃ diez mil marauedis para la nueſtra camara. Dada ẽ Madrid a diez dias del mes de Abril de. 1573. años.

El licen. Menchaca. El licẽciado Durango. El licen. don Antonio de Padilla. El D. Redin. El licẽdiado Cõtreras.

A 4 Por

YO el maeſtro Hernando de Arze profeſſor de la lengua Latina y Rhetorica en eſta corte de ſu Mageſtad, Digo q̃ he viſto y leydo por mandado de vueſtra Alteza, con toda diligẽcia y cuydado vna obra del maeſtro Barrientos cathedratico de Latin en la vniuerſidad de Salamanca, intitulada Liber Syntaxeos, y vn Epitome y breue ſumma del dicho Syntaxeos: los quales no contienen coſa alguna que offẽda a nueſtra ſancta fee catholica, y ſon muy vtiles y prouechoſos para los q̃ quiſieren aprender y ſaber la lengua Latina, y como a tales ſe deue dar licencia para los imprimir. Y porque como ellos van me parece y entiendo ſer anſi lo firme de mi mano y nombre. En Madrid a diez dias de Septiembre de mil y quinientos y ſeſenta y ocho años.

El *maeſtro* Her*nando de* Arze.

# ILLVSTRISSIMO D. Ferdinando Henrico celeberrimi ac inſignis Muſæi Salmanticenſis moderatori & principi digniſſimo Magiſter Barrientus perpetuam fœlicitatem, ſummumque bonum.

PRAECLARVM AC vetuſtum à maioribus accepimus morem (maxime illuſtris antiſtes) vetuſtiſsimos ac luculentiſsimos ſcriptores in artificioſis & diuinis operibus ſuis primarios atq. magnos viros nuncupare ſolitos, quorum nomenclatura, & nuncupatione ſuos labores ab inuidia (quæ virtutis comes eſt & plerumque bonos inſectatur) liberos eſſe, in animum inducebant. Cæterum ego præſtantiſsime, ac excellentiſsime domine te appellare, lucubratiunculanq́; hanc tibi dicare ſum ; iſus, non tantum vt id, quod cæteri exoptarũt, conſequar (nemo enim calumnia caret, nec Iupiter omnibus idẽ) ſed vt tuorum beneficiorum, quæ olim in me contuliſti, vel minimam gratiam (parẽ

namque nō potero) referam? quādoquidem vilem ac abiectum hominem beneficij memorem eſſe, decet, nedum liberalem & ingenuum. Nemo gratiarum immemor (vt inquit ille) gratus eſt inuentus, vnde in grato nihil non mali ineſt. Eſt & alia potiſſima cauſa, quare frontem perfricui, vt te tantum numen mihi patronum pariterq. defenſorem quærerem, tot & tantæ virtutes quæ in te collucent ac ſplendent, iſtæ egregij animi tui dotes & mores quibus à pueritia te ipſum exornaſti atque decoraſti, quos tanquam lynceus ſpeculator ac teſtis per tot annos in te obſeruaui, qui meam hanc vigiliam (id enim non in dubium verto) lucere ac fulgere facient. Aliquibus fortaſſe inuerecunde agere videbor, quoniam excelſum tuum nomen, amplitudinem iſtam eximiam, dignitatem ſummam, magnitudinem immenſam, his nænijs ſeu potius nugis obſcurem, magis quàm illuſtrem: ſatis ſuperque iam diu animo concepi, nihil me tam Sophocleum ac heroicum tibi dicaturum, nec tam copioſe ornateque dicturum, quin tuarum virtutum fulgor non obcæcet, tantus eſt ſplendor quo fulgurant, quæ ita cumulatæ ac ingentes in te emergunt, extāt, eminent,

nent, ac apparent, vt nullis præconijs ac laudibus augeri, nullis maleuolorum obtrectationibus minui, debilitari, ac infirmari, queant. Iure optimo igitur amplifsimi ac ſplendidiſsimi huius præſtantiſsimæ academiæ doctores atque magiſtri totius orbis fulgentiſsima lumina gaudent, tam integerrimum Archiareopagitam nactos eſſe, qui doctiſsimorum hoc Prytaneum ruinam iam minans reficiat, in priſtinumque ſtatum, (tanquam alter Camillus) reſtituat. Hoc ergo grati in te animi indicium clementia ac manſuetudine tibi inſita ac innata accipe. Thura cum non habeam, tua facilitas, comitas, humanitas mola tantum ſalſa litare, permittet. Quibus fretus hunc leuioris operis libellum tibi dicare, ſum auſus: indeque hanc audaciam ac temeritatem huic animi tui præſtantiæ ac excellentiæ imputabis. Et quando Pontarchi ſplendidiſsimi fratris tui cliens deuotus, per multos annos extiti, adhucque ſum, in tuorum numerum me aſcribere ne graueris: ſi quidem tam multis ab hinc temporibus tuorum munerum ſtigmate ſum ſignatus. Melgari enim ius

Ponti-

Pontificium tibi euolenti tuum numẽ po-
ſcens ſupplex adfui, quod ſine vlla moleſtia (vt tibi moris eſt) ſum adeptus: cuius beneficij non immemor, hanc tam optatã ſperatamque occaſionem nactus preſsis (quod aiunt) manibus arripiẽs, inopi hoc munuſculo meum erga te beneuolum ac propenſum animum tam grandi ære alieno obſtrictum & tanquã Gordiano nodo deuinctũ eſſe, teſtari libuit. Scio quæ tua ſumma probitas animique ſynceritas ab ineũte ætate fuit, hilari lætoq. vultu æquo animo hoc permiſſurum, & laturum. Regij ſpiritus tui eſt, mortalium exiguitatẽ ac humilitatem excelſa iſta tui cõſpectus ac præſentiæ maieſtate & ſplendore cumulare atque illuſtrare.

M A.

# MAGISTER BAR-rientus humanarum literarum ſtudioſis.

NON ſum ignarus, bonarū literarū amantiſsimi ſectatores, quia omnibꝰ ſanę mentis mortalibꝰ, & qui minime ſuorū intellectuū laruis tenebroſis ac inuolutis exagitātur, apparet, animoq. cōplectātur, atq. concipiāt neutiquā ad rerū faſtigia & culmina: ad cuiuſq. ve ſciētiæ incremēta maxima ſine Initijs ac medijs peruenire poſſe: id vel Phrōtonis platani, cōuulſaq. marmora clamāt. Ad altiſsima quæq. ędificia nūquā, niſi mētis ſtupore præpeditus, ſine gradibus aſcēdere, eſt conatus. Optimꝰ quiſq. architectus, & cuiuſcūq. magnæ molis fabricator fideliſsima fundamenta ſubſtructionibus quas ad vetuſtatē, perpetuāq. firmitatē habere vult, iacit. Cardines collocat tanquā cētra, vt loci ſitus ſolidꝰ ſit, ne vacillās ac nutās & minime diuturnū ædificium fabricetur. Si in columella, ac pariete id fieri architecturæ peritiſsimus ille Vitruuius iubet, tu ſane eximie profeſſor, qui litera-

rum ſtructuram in tuorũ auditorũ animis
ædificaturus eas ad perpendiculũ & lineã
facere, ſimul & collocare, vt ſolidè reſpõ-
deat, ſumma ope, cura, & cogitatione eni-
ti debes, illius artis principia ac neceſſaria
præcepta eis tradens, Ciceronianæ opinio
nis amator & memor docẽtis, Ac ex qua qui-
dẽ ſententia nemo poterit cumulatus eſſe
in aliqua doctrina, niſi erit præceptionum
ſciẽtiã optimè cõſecutus. Qui igitur ex ar
te Grãmatica, rectè loquẽdi ſcientiã, autorũ
enarrationẽ, ſcribẽdi facilitatẽ ſibi parare
voluerit, eius præcepta (non capioſa illa ac
muſcida, ſed quæ viã ad illa etiã addiſcẽdã
nobis præſtent) optimè calleat. Quę niſi o
mniũ artiũ ac ſciẽtiarũ ſtudioſis fundamẽ-
ta fideliter iecerit, (vt exactius ac plenius
Quintilianus profitetur) quidquid ſuper
ſtruxeris, corruet. Idcirco ne ſi quid parum
ad artis Grãmaticæ regulã (cũ loquaris, cũ
*Vitru. lib.* diſputes, cũ ſcribas, cũ doceas) fuerit expli
*1. c. 1* catũ, veniã ac vt tibi ignoſcatur (vt Vitru
*i. ut canis a* uius ille) petas, & miſerè erubeſcas, aut ve
*quas Nili.* recũde taceas, ne rapti hãc artẽ, ὥσπερ κύων
*Boe. lib. de* ὕδατα Νίλου verũ ſenſim ac paulatim præci
*diſciplina* pe, nihil enim magnũ natura voluit effici
*ſcholariũ.* cito. Vir illuſtris Seuerinus Boëtius, qui A
*c. 2. 4.* thenis duodeuiginti annis in literis elabo

raret,

raret, Grammaticæ fructuoſitatē minime
oblinquēdā eſſe cēſet:per quā enim cuiusli
bet artis cōmēdabilis iucundā poſſeſsionē
reddi, aſſeuerat; & iure optimo (ni fallor) ſi
nāq; linguæ volubilitatē in dicēdo, ſi facilē
in ſcribendo ſtylū, ſi facilitatē in autoribus
intelligēdis, ad manū prōptā ac paratā tibi
volueris, ex hac arte omnia hæc ſūt tibi pe
tēda. Propterea prçceptor tibi eſt eligēdus
qui hāc doctrinā, quā te eſt docturus, ad a
mufsim atq; ad vnguē intelligat, clarè diſti
ctè & articulatim, paulatimq; nō properan-
ter ad tria illa aſſequēda (quę diximus) per
gradus ducat: inutilia prçcepta reſecet, vti
lia nō ſubſilētio prætereat. Quintilianus:
Puerû diſcere, vult, quid in literis propriū
quid cōmune, quæ cū oībus cognatio: Vi
de ad quā rerū tenuitatem præceptorē cū
diſcipulo deſcendere huic cōſūmatiſsimo
viro libuit. Qm̄ (vt ipſe docet) Nemo ſic in
maiorib⁹ eminet, vt eū minora deficiāt. Sic
proceræ arbores penitiſsimas radices, ne
quolibet vento euellantur, in terram na-
tura ſponte agunt. Quamobrem audito-
res egregij ex noſtra tenui officina in om
nium commodum aliquid proferre ex-
optans, liber Syntaxeos nobis ſe obtu-
lit, qui (mihi credite) facillimum ac ex-

peditiſ-

peditiſsimũ iter ad cætera huius artis munia obeũda, ac percipienda, breuiſsima methodo vobis parabit. Cui labori & animo vobis propẽſo ac deuoto ſi fueritis, meorũ ſcriptorũ ſcrinia euoluã, ſcrutaborq. vicisſim, vt ſi aliquid quod vobis viris ſtudioſisſimis ꝓ futurũ putẽ, ſe obtulerit, in publicum, id à tineis & blattis vindicans, prodire coner. Vobis quoque epitomẽ huius libri Syntaxeos omnia commodiſsima mirabiliter cõplectentẽ in Laconum gratiam obtulimus.

# LIBRI SYN-taxeos.

BIBLIOTECA DE LA FACULTAD DE LETRAS DE GRANADA

## CAP. I.

Ariſtotelis teſtimonio Phyſicorũ prooemio ab vniuerſalibus ad ſingularia optimũ quẽq; profeſſorẽ in ſua docẽdi Methodo, ſeu via ꝓgredi oportet: cuiꝰ dogma ſecuti priuſquã ad verborũ Syntaxi deſcẽdamus, de Grãmatica, & eius partibus, aliquid trademus, à definitione, Platone ac Cicerone authoribus incipientes. Acturus de conſtructione tria diſputare, operæpretium duxi: Grãmaticæ definitionem, Etymologiam, Diuiſionem.

Grãmatica eſt ars recte ſcribendi, loquẽdi, enarrãdi, teſtimonijs erudititorũ cõſtãs.

Deriuatur à γράμμα τος. id eſt litera: vnde Grammatica, ideſt, literatura, ſic interpretatur Quinti. quoniam initium habet à literis vt Græca lingua & Hebrea. Diui- *Lib. 2. c. 1.*
ditur in quatuor partes, in Orthogra-

B phiam

phiā, qua rectè ſcribere docemur. Etymologiam qua dictionum originē ſcimus. Proſodiam, qua ſyllabarum quātitatē. Syntaxim, qua conſtructionem. In hoc libro de Syntaxi agendū eſt, de qua tria examinanda: Definitio, Etymologia, Diuiſio.

Syntaxis eſt Grammaticæ pars, quæ bonā conſtructionē docet, à malaq; diſtinguit. Vt ſi dicam cū Terentio, nimis me indulgeo, pro mihi: quę huius verbi indulgeo vera Syntaxis eſt.

*In Eunu. ac. 8. ſc. 1.*

Deducitur à σὺν quæ ſignificat, cō, & τάξις ordinatio. Eſt duplex, Propria, quæ præceptiones ſequitur, vt Teren. Non te miſeret mei. Impropria, quę Grāmaticos canones nō ſeruāt, vt Pla. Quia mei miſeret nemo, pro neminem.

*Teren. in An. act. 5. ſc. 21.*

*Plau. in capti. act. 3. ſc. 1.*

In præſentia de cōſtructione propria eſt diſputandum: quæ quū in verbo ſit latior, ab eius conſtructione incipiemus.

De verbo tria enodabuntur, Definitio, Etymologia, Diuiſio. Verbū eſt pars orationis, quæ per modos & tēpora inclinat, autore Quintil. ab aere verberato deſcendit. Priſcianus idē docet, quod quanuis commune eſt omnibus partibus orationis, quia tamen frequētius accidit huic parti, nomē generale accipit pro ſpeciali. Vnde

*Quint. li. 1 c. 9. in fin. et Priſci. lib. 8. c. 6. in alijs codicibus.*

de Quintiliano teſte, omnia per quę ſermo nectitur ſignificat verbum. Quint.lib. 2.cap.9.

Eſt duplex, perſonale & imperſonale, nunc de perſonali: de quo totidem enucleanda.

Perſonale eſt, qđ habet numeros & perſonas certas, aut incertas. Hoc addim⁹ propter modum infinitũ, qui numeros & perſonas incertas habet.

Oritur à perſona à digniori parte nomẽ illi inditum. Nobilior nãque apud Grãmaticos perſona, quam numerus eſt.

In quinque genera ſecatur: Actiuum, Paſsiuum, Neutrum, Deponens, Commune, vel ſi noſtram opinionẽ ſequi libet. In Actiuum, Neutrum, & Deponens: ne ex Actiuo duo genera faciamus, ea nãq; cauſa Actiuum eſt, quoniã Paſsiuam habet. Cõmunia nõ ſunt in vſu, quæ olim frequẽtiſsima erant.

### *Cap. ſecundum, De generaliſsima uerborum Syntaxi.*

ANtequã de generali, & ſpeciali verborũ Syntaxi ageremus, rationi conſonum erit, de generaliſsima conſtructione aliquid tradere. Ne in verborũ Syntaxi dignoſcenda aberremus, tenebriſque

cimerijs enoluamur. Syntaxes ſunt triplices, generaliſsimæ, generales, ſingulares.

Generaliſsima eſt, quam aſciſcunt omnia verba, cuiuſcũque generis, & ordinis.

Generalis, quam vnius generis.

Specialis, quam ſibi ſumũt verba vnius dũtaxat ordinis.

Syntaxes generaliſsimę ſunt vndecim, Prima genitiuus, vel ablatiuus qualitatis corporis, vel animi, vel rerum quæ extra nos ſunt, vt amo profeſſorē longi vel longo corpore, & magno vel magni ingenij, optimæ, vel optima valetudine. Cic. Lentulum noſtrum eximia ſpe, ſummæ virtutis adoleſcentem fac erudias. Terēti. Fortè vnam aſpicio adoleſcētulam forma, & vultu, Soſia, adeò modeſto, adeò venuſto, vt nihil ſupra. Elegantior eſt locutio per ablatiuum, lege Laurentium.

*Cic. lib. 1. epiſt. 7.* *Terent. in Andr. act. 1. ſc. 1.* *Lau. lib 3. c. 17.*

Secunda, eſt Datiuus damni vel cõmodi, vt Teren. meã meis liberis optimè curare video. Terēt. Si quid peccat Demea, mihi peccat. Ouidius. Diruta ſunt alijs, vni mihi pergama reſtant. Veteres huiuſmodi datiuum in gratiam vel detrimentum interpretabantur, vt mihi peccat. in meũ detrimentum, & meis liberis, ideſt, in gratiam meorum liberorum.

*In Adel. act. 1. ſc. 2* *Ouidius.*

Ter-

Tertia. Accuſatiuus.I.ablatiuus tẽporis, per quod durat opus, vt vigilaui tres horas vel tribus horis. Terẽ.ſex ego te totos Par meno hos menſes quietũ reddã. Virg. Ter centum totos regnabitur annos Gẽte ſub Hectorea. Oratorio modo loquunt.... per accuſatiuũ.i.elegantiùs, vt docet Seruius, ibi, Vna cum gẽte tot annos bella gero. Cice. Quanquã te Marce fili annũ iam audiẽ tẽ Cratippũ, abundare oportet præceptis inſtitutiſq; Philoſophiæ. Cæterũ tẽpus in ablatiuo ponitur per Eclipſim prępoſitionis in Quint. Multa linguę vitia niſi primis eximũtur annis. Terẽt. præpoſitionẽ adiũxit, cum dixit, Fere in diebus paucis quib⁹ hæc acta ſunt. In ſingulos dies & annos dicimus autore Cic. Sicut in horas & annũ Ponitur aliquando in accuſatiuo cũ præpoſitione, per. Sueto. in vita Cęſ. Pompeiũ per quatuor penè mẽſes maximis obſeſſũ operibus. Verg. Vrbs antiqua ruit, multos dñata per annos. Aliter tempus poteſt poni in cæteris caſibus. Vt Terent. Dum moliuntur dum comuntur annus eſt. Idem ſaltem aliquot profert dies. aliquot dies in accuſatiuo ex vi verbi non temporis. Tẽpus enim in Accuſatiuo vel Ablatiuo collocatur, Verbi aut præpoſitionis neceſsita-

Terẽ. in Ennu. act. 2. ſc. 2
Virg. li. 1. Aenei.
Seruius. 1. Aenei.
Cic. in proœmio lib. 1. offi.
Quin. li. 1 c. 1. in fine
Terẽt. in An. act. 1. ſc. 1.
Sueto. in vita Cæſa. c. 25. Vergi. lib. 2. Aenei.
Terent. in Heau. ac. 2 ſc. 2. Terẽ. in An. act. 2. ſc. 1.

ceſsitate remota.

Quarta accuſatiuus vel ablatiuꝰ ſpacij vel meſurę. Vt progreſſus ſum tres paſſus vel tribus paſsibus. Ver. Dic quibus in terris, & eris mihi magnꝰ Apollo, treis pateat cę li ſpatiũ nõ amplius vlnas. Oui. Sulmo mihi patria eſt gelidis vberrimꝰ vndis milliaq; nouies diſtat ab vrbe decẽ. Cic. q me deduxit in Academiam perpauculis paſsibus.

*Verg. Aegl. 3.*

*Ouid. li. 4 Triſti. Elegia ultima*

*Cic. li. 1. de legibus.*

Quinta, Eſt Ablatiuus exceſſus. Vt ſupero te curſu, tu verò me ſaltu. Colume. Quanuis candore præſtet, pondere tamẽ vincitur. Quintilianus: præſtat tamẽ ingenio alius alium.

*Colume. li. 2.*

*Quint. li. 1 c. 1. in prin.*

Sexta Ablatiuus cauſæ & modi: Vt verberas hũc odio, vituperas inuidia, pen[illegible]ria nõ dono, qui ablatiuus ſic exponitur. pr[illegible]pter odium, inuidiã: Cicer. Cuius ſumma virtute & ſingulari humanitate grauiore etiam ſum dolore affectus, noſtra factũ negligentia, Modi vt, Teren. vi & via peruulgatã patrũ, ſcilicet, cœpi tractare: ſto recto corpore, ſedeo, ceruice curua & cruribus contractis:

*Ci. lib. 14. epi. 11,*

*Terent, in [illegible], ac. 1. ſc. 1.*

Septima, Ablatiuus inſtrumenti: Vt enſe cædit miles, dẽtibus frendẽs. Verg. bis venit ad mulctram binos alit vbere fœtus:

*Ver. Aegl. 3.*

Octaua: Eſt caſus pretij: Vt millenum

mis

mis agrū emi: plus empturus ſi pecuniam haberē: Sene. nulla res grauius conſtat, quā quæ precibus empta eſt. Cic. emit ho mo cupidus & locuples tāti quāti Pithius voluit. Cū his adiectiuis ponitur in geniti uo. Tanti, quanti, pluris, minoris, tantidē, quantidem, quanticunque.

*Sene. li.1. c.2. de Bene.*
*Ci. li.3. offi.*

Nona. Caſus propoſitionis nō deſcēdens à verbo, vt doceo in ſcholis, lego apud Diuū Pelaſgiū. Terē. poſtridie venit ad me Chremes clamitans.

*Ter. in An. act.1. ſc.1.*

Decima, caſus loci, vt doceo Salmāticę Grāmaticā, Venio Carthagine, nec domi, nec foris, nec in vrbe, nec ruri, quieſcere poſſū.

Vndecima, Ablatiui pōderis, vt ordea cea bibitur multis drachmis. Plini. aqua mulſa in eodē coquitur ad dimidias, ſic tuſsienti infundetur obolis quatuor. Idē, vomitiones, in aqua mulſa ſumptum à cœna, faciles præſtat, duobus obolis, & infrà. Vuluæ vitijs toſtū acetabuli menſura. Et eodem libr. dedere eam quidā po tui in quartanis drachmarū duarum pon dere & pipere hemina aquæ. Vnde nō di cam, bibi duas vncias aquæ roſaceæ, ſed bibi aquam roſaceā duabus vncijs: Quæ omnes ſyntaxes non conſtituūt ordinem, nec aſſeuerabimus verba his caſibus in

*Pli. li. 20. c.3.*
*Idem li.22 cap.3.*
*Cap.9.*

cluſis talem habere conſtructionem. Deinceps, agendum eſt de duabus vltimis ſyntaxibus generali & ſpeciali. In verbis namque actiuis ſyntaxis generalis eſt accuſatiuus, reliqui caſus ſpeciales ſunt.

### Caput tertium, de uerbis actiuis.

DE verbo actiuo duo ſunt examinanda Definitio, & Diuiſio.

Verbum actiuum eſt, cuius oratio actiua poteſt conuerti in paſsiuam in omnibus perſonis, quas habuerit. Hæc definitio abſolutior eſt, & perfectior quam Antoniana: nam Antonius incluſit verba, quæ in actiua ſunt neutra, & in paſsiua deponentia, vt aſſentio, & aſſentior, populo, & populor, & ſimilia. Diximus per omnes perſonas, propter verba neutra tranſitiua. i. regẽtia poſt ſe accuſatiuum, quæ habent paſsiuam in tertijs duntaxat perſonis tam numeri ſingularis quàm pluralis, Vt aquæ natantur, cãpus aratur, de quibus lege ſextum ordinem verborum neutrorum.

Diuiditur in ſex ordines,

Primus eſt regentiũ accuſatiuum tantùm. Omne nanque verbum actiuum poteſt regere accuſatiuum tantùm, & poteſt eſſe abſolutum, hoc eſt nullũ regere poſt

ſe

ſe caſum. Ineo, diſco cum compoſitis ac ſi eſſent actiua collocãtur in hoc ordine ab Antonio. Verum non nouerunt paſſiua, neutra ſunt, licet inueniatur, ineatur, apud Plinium, loquens de canibus, & inibantur conſilia apud Liuium lib. 23. Bel. Puni. Id ſæpenumero accidit verbis neutris regẽtibus accuſatiuum vt reperiãtur in tertijs perſonis numeri ſingularis & pluralis, vt poſtea docemus.

*Pli. lib. 8.*

*Cap. 20.*

*Caput quartum, De ſecundo Verborum actiuorum ordine.*

Verba huius ordinis, poſt conſtructionem generalem, quæ eſt accuſatiuus, regunt genitiuum, vel ablatiuum, quæ eſt ſpecialis, quam accipiunt hæc verba.

Verba implendi hæc tantum impleo, cõpleo, refercio. Titus Liuius. adoleſcentem ſuæ temeritatis implet. Idem. Multitudinem quæ ſemper fere regenti ſimilis eſt, religionis iuſtę impleuit. & hæc locutio communis eſt apud hunc authorem. Vergilius. Implentur veteris Bacchi, pinguiſq; ferinæ. Cic. Lucius Piſo multos codices impleuit earum rerum. Idem, neque ollã denariorũ implere. Plau. erroris ambo ego illos & demẽtiæ complebo. ſic & in Menechmis. ¶ Cętera verba implendi,

*Tit⁹ Li. li. 1. ab urbe con. Idẽ li. 5. ab ur. con.*

*Verg. li. 1. Aenei.*

*Ci. in Veren. In lib. 9. epi. 13.*

*Plau. in Am. ac. 1, ſc. 2.*

 vt

BIBLIOTECA DE LA FACULTAD DE LETRAS GRANADA

vt expleo, oppleo, imbuo, replec, quinti ſunt ordinis. In his verbis elegãtior & frequentior eſt ablatiuus quam genitiuus.

*Lau.li.3.c.33.* Docet Laurẽtius verbũ impleo & refercio regere ablatiuũ cũ præpoſitiõe, de, vt impleui nauim de omni gñre frumenti: & de varia natura vini, quod euenit quanuis ablatiuus non generatim & vniuerſe ſignificet. Cic. de quib⁹ rebus volumina ſunt impleta. Martialis. hos niſi de flaua loculos implere moneta non decet. Ci. querebat cur de prooemijs & epilogis & de huiuſmodi nugis (ſic enim appellabat) referti eſſent eorũ libri. Vnde rectè dicitur, imples papyrum de lituris, & commẽtariũ de argumentis, vt ex teſtimonijs intelligitur. Refercio, niſi cum participio refertus non regit genitiuũ. Cice. referta Gallia negociatorũ eſt. Idẽ dixit, refertã eſſe Græciam ſceleratiſsimorũ hominũ.

*Cic.li.4. Acade. Marti.li.1. 15. Cic.li.1.de Orat. Pro Fõteio. Pro Plãcio.*

Verba accuſandi. Vt accuſo, arguo, quę duo poſſunt habere ablatiuum cũ præpoſitõe, de, qui caſus magis eſt obuius, quã ablatiuus ſine præpoſitione. Cic. de eo crimine quo de arguatur. Vñ illud eccleſiaſticũ latinè dictũ eſt. Quis veſtrum arguet me de peccato? Regit genitiuũ apud Cic. Dicemus etiã accuſo te de imprudẽtia de

*Cic.li.1.de inuen. Ci.pro Rabirio & p Cecinna. Cic.lib.1. ad Attic. epiſt.5.*

pigritia. Cic, nõ cõmittam poſthac, vt me accuſare de epiſtolarũ negligentia poſsis. Ponitur etiã hic genitiuus vel ablatiu⁹ in accuſatiuo. Vt accuſo inertiã tuã. Sic locutus eſt Cice. accuſare deſperationẽ dixit,

*Cice. ad Quintum fra. & li. 6. epiſt. 1.*

Hęc accuſandi verba non regunt genitiuũ peccatoris aut pſonæ, ſed rei aut peccati, non eñ dicã accuſo te latronis & homicidæ, ſed latrocinij, vel furti & homicidij. Rariſsimus eſt ablatiuus in his verbis.

*Lau. lib. 3 ca. 32.*

Adde inſuper vt ãnotauit Laurentius hæc verba, cũ his adiectiuis, alter, neuter, vter, ambo regere ablatiuũ, dũtaxat cũ præpoſitiõe de, vel ſine ea: vt accuſas me furti an ſacrilegij, an vtroq; vel de vtroq; ? q̃ rõne artis Grãmaticæ magis quã autoritate docuit. Hæc verba, incuſo, inſimulo, arceſſo, alligo, aſtringo, defero, ad crimẽ oĩa accuſationẽq; pertinẽt, & ſunt huius ordinis. Cice. Roſciũ ſtipulatione alliget: ratus tamẽ ablatiuus in verbis acuſandi qui freqũetiſſimus eſt cum his ſcelere, crimine, iudicio, Accuſo cũ neutris terminationibus, quis & qui, hic & his habet duplicẽ accuſatiuũ, vt quid accuſas diſcipulũ meũ, apud poetas præſertim pro de quo, aut de eo. Terẽ. Nunquid nam accuſat virum? Idem quod me accuſat nunc vir.

*Ci. pro Roſcio Ame. Terent. in Hecy. act. 2. ſc. Idem in Hecy. ac. 2. ſc. vltima.*

*Lic. lib. 1. Horat.* Verba dãnandi, vt damno, cõdẽno, alligo. Cice. cæteros verò non dubitabo, inertiæ condẽnare ſententia mea, poſt etiã impudẽtiæ. Cice. Pro Lucio Flacco & furti & pro ſocio dãnatus eſt. Idè li. 14. ep. 14. ſceleris condẽnatur. Quæ etiã regunt ablatiuum cũ præpoſitione de, ita dicimus, damno te de pecunijs, & de maieſtate vt apparet apud Ciceronẽ. Hic furti ſe alligat dixit Terẽtius Eunucho ac. 4. ſc. 7. Hiſp. *eſte ſe condena de ladrõ.* Sic apud Cic. pro Flacco, ſe ſcelere alligat, id eſt, dãnat. Alia damnãdi verba, vt mulcto, cõnico, quiti ordinis ſũt.

*Pro Cluẽtio & 1. 2 in Verrẽ. & Phi. 2. Pro. Cluẽti. Ci. l. 2. epi. 19. Lib. 1. ab urbe con.*

Verba abſoluendi vt abſoluo, libero. Cice. maieſtatis abſoluti ſũnt multi. Habet ablatiuum cum præpoſitione, de. Cic. Druſus erat de præuaricatione tribuni ærarij abſolutus. Libero frequentius eſt quinti, aut ſexti ordinis. Rariſsimus nanq, eſt in eo genitiuus. Titus Liuius. Senatus nec liberauit eius culpæ regem. te infamia, inuidia liberaui, dicimus, quæ loquutio eſt elegantior, vt tu calumnijs me liberaſti. His addes admoneo, comoneo, abſtineo, Quorum primum regit genitiũ, duos accuſatiuos, ablatiuum cum præpoſitione: de, & ſine præpoſitione. Vt admoneo te huius rei & hanc rem & de hac

*Cic. in Topic.*

re.

re. Cicer. Vt admonitos huius æris alieni. Idem. Cice. De quo vos paulo ante inuit? admoneo. Plinius. Nam me priorum non admonuit. Cicero. Multa præterea oſtentis: multa extis admonemur. Eiuſdem naturæ eſt commoneo, & abſtineo. Mera deliria & nugas docent, qui aſſeuerant genitiuos hos in verbis ſupradictis regi à nomine quodam ab eis imaginato, ſcelere, aut peccato, aut crimine, vt in multis lexicis inuenies. Huc pertinent & illa. Ango. Excrucior animi. Plautus, abſurde facis qui angas te animi. Cic. animo dixit. Idē Plautus cœperā me excruciari animi. Cætera quæ ab Antonio ponuntur in hoc ordine, Genitiuū & Ablatiuum regunt pretij, quę eſt Syntaxis generaliſsima, non ſpecialis. Idē Antonius in huius ordinis commentario aſſeuerat, incuſo, nō eſſe huius ordinis, ſed Plautus ſic eſt locutus, qui alterum incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet. Solinus, incuſatæ de morte filiorum, dixit.

*Cic. pro lege Manilia*
*Pli. li. 2. epi. ultima*
*Cic. lib. 2. de Natura Deorum.*
*Plau. in epi. diço. ac, 2. ſc. 4.*
*Cic. lib. 4.*
*Idē in epi. act. 3. ſc. 3.*
*Plau. in Truculēto ac. 1. ſc. 2.*
*Soli. cap. 3*

### *Caput quintum. De tertio uerborum actiuorum ordine.*

Huius ordinis verba poſt accuſatiuum regunt datiuum, quam Syntaxin admittunt plurima verborum genera.

Verba

Verba dandi. Vt do, miniſtro, præbeo, exhibeo, tribuo, porrigo, confero, ſuppedito, ſufficio, loco, quando ſignificat dare alicui aliquid pacta & cõſtituta mercede. Hiſ. *dar por alquiler*. Vt agrũ ſterilẽ colonis fodiẽdũ locaui. Qñ enĩ ſignificat loco ponere, & cõſtituere Hiſp. *Aſſentar*. Actiuũ eſt primi ordinis. Virg. Alta theatri fundamẽta locãt Significat etiã filiam nuptũ dare, Hiſp. *caſar*. & eſt huius ordinis. Terẽtius vt potui virginem nuptmu locaui huic adoleſcẽti.

Verg. li. 1. Aenei.

Terent. in Phorm. ac. 5. ſc. 1.

Et dono qñ ſignificat proſequi munere aliquẽ. Hiſp. *dar gracioſo y debalde, y hazer merced*. Cicer. nõ pauca ſuis adiutoribus largeeffuſeq; donabat. Quando autẽ ſignificat præmij gratia dare. Hiſ. *dar mereſciendolo* admirationis aut beneuolentiæ aut miſericordiæ cauſa, Quinti ordinis eſt. vt Cæſar donauit venia & incolumitate aduerſarios

Ci. pro. Amerino.

Mutuo, as. pro dare mutuũ Hiſp. *preſtar, o dar preſtado*, rarum verbum eſt, elegantius loquemur per hæc verba. Vtendum dare, & argentum mutuum dare cõmodo, mutuo appendere, mutuor ſignificat accipere mutuo. vt Cice. non mutuor ab illo. Idẽ inſtructus à Platone.

Ci. li. 1. de orat.

Idem ibidẽ

Inter commodo & mutuo hæc aſsignatur

turà Grammaticis differentia: mutamus res, quæ non eædem redduntur, ſed ſimiles. Vt, vina, frumentum. Commodamus res, quæ eædem redduntur: vt equum pallium, librum. Veruntamen commodo in vtraque ſignificatione reperitur, dicitur autem de rebus quæ non eædem, ſed ſimiles redduntur, vt patet apud Ciceronem, Quod ſcribis ad me de drachmis . cccciiij. nihil eſt, quod in iſto genere quiquã poſſim commodare. Idem Cicero. Quæſiſſe aurum, Cælio cõmodaſſe, non dicit. Plautus. Viginti commodas minas huius quidem matri. Idem Plautus. Cur tu aquam grauare amabo, quam hoſtis hoſti cõmodat. quando.ſ. id quod proſum; eſt etiam huius ordinis, Hiſpa. *aprouechar*. Cicer. quibus tu quæcumq; commodaris.

*Cic. lib. 2. ep. 16.* *Idem pro Cælio.* *Plau. in Aſina. act. 3. ſc. ultima.* *Idem in Ruden. ac. 2. ſc. 4.* *Ci. li. 13. epiſ. 49.*

Tribuo, verto, do, poſſunt regere duplicem datiuũ. dũmodo alter ſit, laudis, vituperij, doni, pignoris, prædæ. Cicero. quod illi tribuebatur ignauiæ. Teren. matri paruolam puellam dono quidam mercator dedit. Sic dicimus, tibi multi vertunt vitio vitam, quam agis.

*Cic. lib. 2. epiſ. 15.* *Ter. in Eu na. ac. 1. ſc. 1.*

Verba reddẽdi, vt reddo, rependo, retribuo, reſtituo, repono, refero.

Verba æqualitatis, & eminentiæ, vt

æquo,

Verba dandi. Vt do, miniſtro, præbeo, exhibeo, tribuo, porrigo, confero, ſuppedito, ſufficio, loco, quando ſignificat dare alicui aliquid pacta & cõſtituta mercede. Hiſ. *dar por alquiler*. Vt agrũ ſterilẽ colonis fodiẽdũ locaui. Qñ eñ ſignificat loco ponere, & cõſtituere Hiſp. *Aſſentar*. Actiuũ eſt primi ordinis. Virg. Alta theatri fundamẽta locãt Significat etiã filiam nuptũ dare, Hiſp. *caſar*. & eſt huius ordinis. Terẽtius vt potui virginem nuptmu locaui huic adoleſcẽti.

*Verg. li. 1. Aenei.*

*Terent. in Phorm. ac. 5. ſc. 1.*

Et dono qñ ſignificat proſequi munere aliquẽ. Hiſp. *dar gracioſo y debalde, y hazer merced*. Cicer. nõ pauca ſuis adiutoribus largeeffuſeq; donabat. Quando autẽ ſignificat præmij gratia dare. Hiſ. *dar mereſciendolo* admirationis aut beneuolentiæ aut miſericordiæ cauſa, Quinti ordinis eſt. vt Cæſar donauit venia & incolumitate aduerſarios

*Ci. p Ro. Amerino.*

Mutuo, as. pro dare mutuũ Hiſp. *preſtar, o dar preſtado*, rarum verbum eſt, elegantius loquemur per hæc verba. Vtendum dare, & argentum mutuum dare cõmodo, mutuo appendere, mutuor ſignificat accipere mutuo. vt Cice. non mutuor ab illo. Idẽ mutuetur à Platone.

*Ci. li. 1. de orat.*

*Idem ibidẽ*

Inter commodo & mutuo hæc aſsigna-

tur

tur à Grammaticis differentia: mutamus res, quæ non eædem redduntur, ſed ſimiles. Vt vina, frumentum. Commodamus res, quæ eædem redduntur: vt equum pallium, librum. Veruntamen commodo in vtraque ſignificatione reperitur, dicitur autem de rebus quæ non eædem, ſed ſimiles redduntur, vt patet apud Ciceronem, Quod ſcribis ad me de drachmis. ccccliij. nihil eſt, quod in iſto genere cuiquã poſſim commodare. Idem Cicero. Quæſiſſe aurum, Cælio cõmodaſſe, non dicit. Plautus. Viginti commodas minas huius quidem matri. Idem Plautus. Cur tu aquam grauare amabo, quam hoſtis hoſti cõmodat. quando. ſ. id quod proſum, eſt etiam huius ordinis, Hiſpa. *aprouechar*. Cicer. quibus tu quæcumq; commodaris.

*Cic. lib. 2. ep. 16.* *Idem pro Cælio.* *Plau. in Aſina. act. 3. ſc. ultima.* *Idem in Ruden. ac. 2. ſc. 4.* *Ci. li. 13. epiſ. 49.*

Tribuo, verto, do, poſſunt regere duplicem datiuũ. dũmodo alter ſit, laudis, vituperij, doni, pignoris, prædæ. Cicero. quod illi tribuebatur ignauiæ. Teren. matri paruolam puellam dono quidam mercator dedit. Sic dicimus, tibi multi vertunt vitio vitam, quam agis.

*Cic. lib. 2. epiſ. 15.* *Ter. in Eunu. ac. 1. ſc. 1.*

Verba reddẽdi, vt reddo, rependo, retribuo, reſtituo, repono, refero.

Verba æqualitatis, & eminentiæ, vt

æquo, æquiparo, cõpono, cõparo, cõfero, Eminentiæ, vt præfero, præpono, antepono, præficio. Poſtpono, poſthabeo.

Cic. li. 2. offi. Verba Vendicandi, vt vendico, arrogo, Aſſumo, attribuo. Cic. Si id mihi aſſumo, videor, id meo iure quodãmodo vẽdicare.

Verba cõmendandi, vt mãdo, cõmitto, commendo.

lib. 9. epiſt. 11. ad Atticum. Verba mittẽdi, vt mitto, remitto. Cic. Demetrij librũ de cõcordia tibi remiſi.

Verba ſcribendi, vt ſcribo, reſcribo, perſcribo, quorũ duo verba mitto, ac ſcribo, poſſunt habere pro datiuo, accuſatiuum cum præpoſitione, ad, vt mitto tibi literas, & mitto ad te literas. Scribo tibi multa. Elegãtior eſt loqutio cum accuſatiuo & prępoſitione, ad, reſcribo tibi ad omnia, & reſcribo epiſtolæ tuæ, & reſcribo aliquid ad te, & reſcribo ad aliquem de querimonijs, Ciceronianæ Syntaxes ſunt.

Cic. li. 12. epiſt. 21.

Verba dicendi, vt dico, prædico, prænuncio. Dico autem accuſatiuum in ablatiuũ cũ præpoſitione, de, vertit. vt apud Ciceronem eſt obuium, Dico de aliqua re.

Cic. lib. 5. de fini. & de cla. ora.

Verba narrãdi, vt narro, expono, enarro, refero, facio, cum compoſitis ſufficio, præficio.

Verba Dedendi, vt dedo, trado, ſubijcio,

cio,ſubigo,ſuppono,ſubmitto, ſubdo.

Verba indicandi,vt indico,oſtēdo,mō ſtro,demonſtro,prodo, manifeſto, declaro,aperio,explico. Cicero, quid enim eſt aliud erranti viam non demōſtrare? *Li.3.offic.*

Verba,obſtaculi, & impedimenti, vt obijcio, obdo, oppono, impedio, prohibeo. Terentius. vt hanc lętitiam nec opinanti primus ei obicerē domi. Idem peſſulum oſtio obdo. Plinius. fores obditæ ferratis trabibus. *Ter.in Heautō.1.ſc.2 Idē.in Eunu.ac.3 & .5 Pli.li 6.c.11*

Verba adhærētiæ, vt iungo,adiungo, appello,accōmodo, apto,appropinquo, aſſocio. applico. quod vertit datiuum in accuſatiuum cum præpoſitione ad, vt Terentius, ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerumque applicat. Idē de adiungo docebis, quod frequētiſſimū eſt apud Ciceronē.vt ad elegantiā verborū adiungit ille oratoria ornamēta. *Ter.in An. act.1.ſc.2.*

Verba auferendi, vt aufero,amoueo,eripio,ſubtraho,ſubripio, adimo.Ouid. lib 2.Meta. Adimam nanq; tibi figuram. demo,tollo,ſegrego,quæ etiam poſſunt eſſe ſexti ordinis.Cice. Nihil enim tibi detraxit Senatus.Idem. Siquem tibi,item vnū alterum ve diem abſtulerit.Idem, eos mihi huius belli caſus eripuit. *De cla. ora. Ci.li. 1 ep.4. idē.li.3.ep. 6. idē li.3.ep. 1.*

Hæc poſſunt annumerari in hoc ordine. Cõſulo, ſuadeo, perſuadeo, infigo, debeo, inuideo. Plinius, vt vobis ſocietatem eius inuideam. Horatius. Si poſſum inuideor.

Plin. li. 9. ep. 8.

Hor. in Poetica.

Conduco pro pretio accipere. Hiſ. (tomar por alquiler, o alquilar.) Cice. Alicui locum conducere, dixit.

In epi.

## Caput VI. de quarto verborum actiuorum ordine.

HAbent huius ordinis verba duplicem accuſatiuũ, alterum principalem, alterum minus principalem. Principalem appellamus, accuſatiuum ſignificantem perſonam, qui in paſsiua vertendus eſt in nominatiuum. Minus principalis nõ mutatur, vt doceo diſcipulos grammaticam, diſcipuli docentur à me Grammaticam, Quam conſtructionem habent hæc verborum genera.

Verbum doceo cum compoſitis, Dedoceo, Edoceo, Perdoceo, pro accuſatiuo minus principali habet ablatiuum cũ præpoſitione, de. quando ſignificat, commonere. (Hiſp. auiſar, o amoneſtar) Cice. Vti de eius iniurijs iudices docere.

Cic in Verrem.

Cæſa-

Cæſar, Qui de ijs rebus eum doceant. Cætera verba doctrinæ ſunt quinti, vt inſtruo, inſtituo, erudio, præter, monſtro, quod eſt tertij. Vt hoc monſtrant vetulæ pueris, quorum primum aſſeuerat Laurentius, non ſignificare, id quod doceo. Cæterum apud Quintilianum frequens eſt in hac ſignificatione, vt in Procemio libri primi, quæ non eorum modo ſcientiæ quibus ſolis quidam nomen artis dederunt ſtudioſos inſtruat. Cicero. Artes quibus inſtruimur ad hunc vſum forenſem, vnde illud in pſalmo recte dicitur, vt inſtruam te in via hac qua gradieris. Erudio te præceptis optimis dicimus. Cicero. Lentulum noſtrum eximia ſpe, ſummæ virtutis adoleſcentem, cum ceteris artib⁹ quibus ſtuduiſti ſemper ipſe tū in primis imitatione tui fac erudias. Erudio te hac de re apud Ciceronē, quę me erudiāt de omni Republica. Pręcipio eſt primi ordinis, quādo eſt verbū doctrinę, vt Quintilian⁹, Ariſtoteles pręcipere artē oratoriā cœpit, & regit datiuū. Vt Cicero, poſsit tamē Scipioni pręcipere, et Lælio: traijcio pro trāſeo, Hiſpan. (paſſar rio, o mar) duos accuſatiuos habet, alterum ratione præpoſitionis, Vt Laurentius

*Cæſar. li. 1 bell ciuil.*

*Lau. lib. 1. cap. 5.*

Ci. p Cœlio.

*Pſal. 31.*

*Ci. li. 1. e. 9.*

*ci. li. 1. ep. 1.*

*Quin. li. 1 c. 1.*

*Ci. in ſene.*

*Laurē. li. 3 c. 35.*

Idē lib. 10 ep. 6. rentius ait. Plancus apud Ciceronem ſic loquitur. Exercitum ad ſextum kalendas Maij Rhodanum traieci. Idem Plancus, copias Iſaurū traieci. Sic dicitur traijcio ex Italia in Siciliam, & traijcio de naui in nauē. Trāſporto eſt eiuſdē naturæ.

Terent. in An. ac. 4. ſc. 1. Cic. li. 13. epi. Idem lib. 1 de legibus. Ci. li. 3. ep. 8. ad Atti. Verba orādi & petendi, vt oro, rogo, Terētius, militi rogat, dixit. Peto, poſco, poſtulo, flagito; quæ ſexti ordinis eſſe poſſunt. Cicero. Pro domo ſua. Frumentum flagitabant. Nunc à te illud primum rogabo. Idem. Quid tua ſtudia à te flagitant. Peto pro capeſſo, capto, expecto, Hiſpañ (pretender, o tomar) primi ordinis eſt. vt ignis ſupera petit. Cicero. fortaſſe alium curſum petiuit, quando ſignificat ire accuſatiuum tātum habet. vt peto Athenas, peto patriā, & tūc neutrū eſt.

Verbū celo pro operio Hiſpa. (encubrir) quod eſt etiam ſexti ordinis, Cætera autem quæ ab Antonio hic ponūtur, minime in hoc grege annumerari poſſunt. Exuo, namque tertius & quintus ordo ſibi vendicat. Spolio, induo, veſtio, calcio, excalcio, quinti tantum ſunt. Induo autem etiam tertij, raro quinti, teſtari quarti ordinis eſſe teſtimonio caret.

Verba Monendi, vt moneo, admoneo

te hanc rem & hac re dicimus. Admoneo vero te huius rei, hanc rem & de hac re. quod apud authores obuium eſt. Plautus in Truculento dixit, vnum animus monuit mihi.

Caput ſeptimum. De quinto verborum actiuorum ordine.

HVius ordinis verba exigunt poſt accuſatiuum ablatiuum ſine præpoſitione, in quo includuntua hæc.

Verba inuitandi, vt inuito te magnis poculis, inuito hominem tecto & domo.

Verba ſatiandi, vt ſaturo, quod ad guſtum pertinet, ſatio ad omnes ſenſus, ita docet Laurentius. Cicero tamen ſic loquitur. Satiauit ſe ſanguine diſsimillimorum ſui ciuium. Sic dicitur apud eundem Ciceronem. Saturare odium, & perfidiam & ſcelus quod non eſt guſtus. Expleo eſt ſatiandi verbum, ſignificat plenum eſſe. Hiſp. (eſtar harto) Saturo eſt ſupra modũ ſatiari. Hiſ. (hartarſe demaſiadamẽte, o darſe hartazga,

*Laurẽ. li. 5 c. 78.*
Ci. Phi. 2.
*Ci. pro. Flacco & in Vatiniũ. Et pro domo ſua.*

Hæc implendi verba, oppleo, imbuo, expleo. Refercio, in alijs temporibus, vbi non eſt participium refertus.

Hæc damnãdi. mulcto, punio, conuinco. Cicero, Ipſe, omnibus turpiſsimis iudi-

*Cic. pro Lucio Flac-co. idē Tuſ. lib. 1.* cijs conuictus eſt. Idem quod mea pœna mulctauerit,

Onero, exonero, leuo, ſubleuo.

Verba priuādi, vt priuo, orbo, fraudo, defraudo, ſpolio, eripio, quod vltimū, quando ſignificat liberare, aut ſoluere, Hiſpa. (quitar) tertij & ſexti ordinis eſt.

*Cic. li. 6. ep. 1.* Libero. Cice. illo dolore animum tuū libera: quod etiam ſexti ordinis eſt.

Hæc compoſita à facio, afficio, conficio, inficio, reficio.

Verba delectationis: vt delecto, oblecto, lacto, allicio, pellicio, tria vltima ſignificant, (atraer por alagos)

Verba laudis & vituperij, vt fero, orno, laudo, effero, extollo, vitupero.

Muto. as. quando. ſ. (trocar,) quod mutamus in accuſatiuo, ꝓ quo mutamus in *Verg. li. 1 Georg.* ablatiuo, vt. Vergilius glādē mutauit ariſta. Aliquādo, ꝓ quo mutamus ponitur in ablatiuo cū prępoſitiōe ꝓ. Saluſtius, nemo niſi victor pro Pace bellum mutauit.

Dono. as. de quo vide in tertio ordine. Impartio & impertio, quæ tertij ordinis *Cice. 4. in Verrem. Terent. in Adel. act. 3. ſc. 2.* etiam ſunt. Cicer. Veruntamen dolorem ſuum nemini impertiebat. Terentius. ſed ceſſo heram hoc malo impertire propere. Huius Paſsiuo vſus eſt Cicero. Impartio,

tio, non adeo in vſu eſt. Verba laceſsendi, necandi, feriendi, ſcindendi, huius ordinis non ſunt: quoniam, poſt accuſatiuum, caſum inſtrumenti duntaxat habent. Ci. 3. orne in Catilinā & pro lege Manilia.

Spargo mutat conſtructionem cū verbo ſterno: dicimus nāq; ſpargo ignem tecto, & tectum igne. Sterno triclinium floribus, & flores triclinio. Prior locutio elegantior.

Verba ad cultum & ornatum pertinentia, quæ ſunt. Induo, veſtio, calcio, excalcio, exuo, ſpolio, cingo, accingo, ſuccingo. Cice. quemodmodum ſeſe induit priore actione, quod habet accuſatiuum cum præpoſitione in. Cicero. 4. in Verrem. videte in quot laqueos ſeſe indue- rit. Inuenitur etiam tertij ordinis. Quintilianus falſam ſibi ſcientiæ perſuaſionem induerit. Liuius. nefaria ſibi arma induerit. Ci. 4. in Verrem. Quinti. li. 1. cap. 1. Liuius. lib. 20.

Peto pro percutio. Hiſpa. (dar. o herir) non eſt huius ordinis, quoniam non habet niſi ablatiuum inſtrumēti. Verg. malo me Galatea petit (hirio me, o dio me con vna mançana.)

Verba doctrinæ, de quibus iā in quarto ordine.

## Cap. 8. De ſexto verborum actiuorum ordine.

HVius ordinis verba poſt accuſatiuũ Ablatiuum cum præpoſitione, à vel ab, vel de, e, ex, eligunt: Cuius ſunt.

Verba. Separandi, vt repello, amoueo, dimoueo, ſeparo, auerto, ſegrego, abſtineo, contineo.

Verba, petẽdi, de quibus in. 4. ordine.

Verba: Accipiendi vt accipio, recipio, ſuſcipio, capio, Cic. capit ille ex ſuis prædijs ſexcenta ſeſtertia. ſic apud Terentiũ

*ci. in Para. Ter. in Eunu. & Phor. Cic. 1. in Verrem. Cicer. pro Sylla.*

Verba. Audiendi, vt audio, accipio. Cicero, ſic à noſtris maioribus accepimus.

Verba. Sciendi, vt cognoſco intelligo comperio. Cicero. nihil de hoc comperi. Scio. Neutrum eſt quanuis Cicero dixit, Ars enim earum rerum eſt quæ ſciuntur: Quod, noſtræ pręceptioni nõ obſtat, hoc namque verbis Neutris accuſatiuũ regẽtibus genuinum & quaſi innatum eſt, vt Paſsiuam vocem in vtriuſq. numeri perſonis obtineant, vt poſtea docemus.

*Cic. li. 3. Tuſcul. & pro Rabirio & de Amicitia.*

Verba, Liberandi, quæ ſunt & quinti ordinis. vt libero, eripio, quod eſt etiam tertij, vt apud Ciceronem inuenies.

Verba defendendi, vt defendo, protego: cũ impetro, conduco, quæro, & mo-

neo

neo cũ cõpoſitis, Cæſar. admiratus quærit ex profugis cauſam. Cic. quod me mones de vultu & oratione ad tempus accõmodanda. *Cæſ. li. 7. Bel. Gal. Ci. li. 11. ep. 23. ad Attic.*

Celo. as. Cicer. Baſſus noſter me de hoc libro celauit. *Cic. li. 7. ep. 22.*

Vindico pro vlciſcor, Iuſtinus. Se quoque ab hoſtis crudelitate vindicaret. *Iuſt. li. 11*

## Caput nonum, De verbis quæ caſui pretij aut æſtimationis iunguntur.

GEnitiuum vel ablatiuum poſſunt admittere quæcunque verba, præſertim verba emendi, & vendendi. Vt emo, redimo, paro, comparo. Vendo, venundo, diſtraho, quæ iungũtur his tantùm genitiuis. Tanti, quanti, pluris minoris. Tãtidem, quantilibet, quanticunque. Maioris autem & quantiuis cum tantiuis, quæ ab aljs adduntur, teſtimonio carent. Cic. vendo meum non pluris, quam cæteri, fortaſſe minoris, quib⁹ adiectiuis addere poſſumus ſubſtantiua in ablatiuo duntaxat. Iuuenalis. Quanto mentiris pretio. Plus autem non recipit ſubſtantiuum in ablatiuo, quoniam duo ſubſtantiua non cohærent, ſed per, maior, conficitur oratio, vt

tur,oratio,vt maiori pretio. His epithetis in ablatiuo addere,vel demere ſubſtantiua pro arbitrio poteris,magnus,paruus,minimus,pauculus. Caro autem & vili tantum dicimus,quibus adiungētur hæc aduerbia, carius & vilius. Terentius. Quid agas, niſi vt te redimas captū,quam queas minimo? ſi nequeas paululo,at quanti queas. Idem. quam minimo pretio ſuam voluntatem expleat. Iunguntur etiam in his verbis hi duo caſus genitiuus & ablatiuus. Sic, multo pluris emi librum quàm tu. Cicer. ædeſque vendiderit pluris multo, quàm ſe venditurum putaret. Cætera vide in caſu generaliſsimo pretij.

*Terent. in Eunu. ac. 1. ſc. 1. Terent. in Hecy. act. 1. ſc. 1. Ci. li. 3. de offi. Terent. in An. Ac. 3 ſc. 2.*

Illud autem Terentij, cum faciē videas. videtur eſſe quātiuis pretij: & illud Plauti. fateor me eſſe minimi pretij. Huic præceptioni nōn obſtat, intelligitur namque per Eclypſin, homo aut res. Terent. Subſtantiuum adhibuit, cùm dixit agrum in his regionibus meliorem, neque pretij maioris nemo habet. vt illud Cice. quod ſi ve ſtem & cæterum ornamentum mulierem pretij maioris habeat. Itidem illud Plauti. Næ tu graphicum habes ſeruum, & quantiuis pretij. Idem Plautus Homo minimi pretij. Paulus. l. diligenter

*Plaut. in Epidic. ac. 3. ſc. 2. Terent. in Hec. act. 1. ſc. 1. Cic. lib. 1. de inuentione. Plaut. in Epidi. ac. 3 ſc. Plau. in Epidi. ac. 3 ſc. 4.*

ter.ff.mandati. Tuque Titianam emeris, Lõge maioris pretij, centum tãtum, aut etiam minoris, domum intellige maioris pretij, nam pretium eſt in centum & minoris: qui omnes, genitiui ſunt æſtimationis. Cum verbo, valeo, pretium ponitur aliquando in accuſatiuo, & ſæpe in ablatiuo. M. Varro. Denarij quod denos æris valebant. elegantior eſt ablatiuus. Hæc ſeptem verba, facio, pendo, æſtimo, putò, curo, duco, ſum, es, fui, cum iungũtur his genitiuis æſtimationis, tanti, quanti, quãticunque, pluris, minoris, magni, parui, maximi, aſsis, plurimi, ſignificãt. Hiſ. (eſtimar, o tener en mas, o en menos o valer.) Hi autẽ flocci, nauci, nhili, lucri, ſumpti, teruntij, verbo facio, vt plurimum iungũtur, & dicimus etiã pro nihilo. vt Perſi⁹, Tẽ cirratorum centum dicta fuiſſe pro nihilo pendens? ita apud Ciceronem, An Scythes Anacharſis potuit, pro nihilo pecuniam ducere?

*Varro. li. 5. de lingua latina.*

*Perſ. ſaty. 1. Cici. 5. Tuſc.*

## Cap. X. De orationibus Actiuis quæ in Paſsiuam conuerti non poſſunt.

Cic.lib. 1. de Orato. SVnt aliquæ orationes vocis actiuæ, quas ſi conaberis in paſsiuam cõuertere, in errores maximos incides: vt omnes orationes ſecũdæ vocis actiuæ non poſſunt verti in paſsiuã: vt nos legimus, vos auditis.

Ad hæc omnes orationes reciprocæ nõ poſſunt conuerti in paſsiuam, vt ille amat ſe. Cic. dum ſe calor frangat.

Infinitiuus actiuus non poteſt in paſsiuam conuerti, ſi præceſsit dictio negatiua cum verbo, ſum, es, fui, & potentiæ, vt nemo eſt, qui poteſt docere ſcholaſticos, niſi magiſter. Cic. nemo eſt qui factis me æquiparare queat. cic. Tuſ. l.

## Caput. XI. De verbis Paſsiuis.

DE hoc verbi genere quatuor ſunt cõtemplanda. Definitio, Etymologia Diuiſio, Syntaxis.

Verbum paſsiuum eſt quod veniens ab actiuo, habet paſsiuã in omnibus perſonis. Dicitur quod ueniens ab actiuo, propter huiuſmodi verba & ſimilia. Populo, & populor, aſſentio, & aſsentior, mereo, & mereor, quæ quanuis habeant paſsiuam, & actiuam, non ſunt paſsiua,

quo

quoniam in actiua ſunt neutra,& in paſsi ua deponentia.

Addidimus in omnibus perſonis, propter verba neutra, quæ quoniam non habent vocem paſsiuam niſi in tertijs perſonis, autore (Priſciano,) nõ erunt paſsiua, vt pecco multa, peccantur multa. Nato vndam, natatur vnda. Cice. quo in genere etiam in republica multa peccantur. Idem Cice. cum quid peccatur perturbatiõe peccetur. Quintilianus. neq, negligẽter à nobis locus iſte tranſibitur.

Priſ. lib. 8. Ci. li. 1. de offi. Idem. 3. Para. Quint. li. 4 c. 4.

Oritur à Patior quod ſignificat (padecer,) quoniam cõcordat cum perſona patienti, aut habet ſignificationem paſsiuã.

Diducitur in ſex ordines.

Primus eſt verborum regentium poſt ſe ablatiuum cum præpoſitione, a, vel ab. vt oppidum oppugnatur à militibus.

Secũdus. Eſt regentiũ poſt ablatiuũ cũ prępoſitiõe, a, vel ab. genitiuũ vel ablatiuũ. vt cãthar⁹ impletur à me vini, vel vino

Tertius. Ordo eſt habentiũ poſt ablatiuum cũ prępoſitione, a, vel ab, datiuum. Vt manicæ donantur à me magiſtro.

Quartus. Eſt poſtulãtiũ poſt ablatiuũ. cũ prępoſitione, a, vel ab. accuſatiuum. vt diſcipulus docet à magiſtro Aſtrologiã.

Quin-

Quintus, Eſt exigentium poſt ablatiuum cum præpoſitione, a, vel ab, ablatiuum ſine præpoſitione, vt milites donantur a Cæſare vberrimo congiario.

Sextus. Eſt obtinentium poſt datiuum qui ponitur pro perſona agēti, ablatiuum cum præpoſitione, a, vel, ab, de, e, ex: multa petuntur mihi à te, vel de te, vel ex te.

Horum verborum cōſtructio duplex eſt, communis & ſingularis. Communis eſt, quando perſona patiens ponitur in nominatiuo, agens in ablatiuo cum præpoſitione, a, vel ab, vt milites expugnauerunt vrbem, vrbs expugnata fuit à militibus, de quibus hactenus.

Singularis eſt, quæ hanc præceptionē minimè ſeruat, ſunt namque aliqua verba regentia poſt ſe datiuum, qui vertitur in nominatiuum, vt illudo quando ſignificat decipere, & circumuenire. Hiſpan. (engañar, burlar, eſcarnecer,) quod habet has conſtructiones, illudo aliquem, in aliquē, in aliquo, & illud tibi. Vt illudo, adoleſcētulo, adoleſcētulus illuditur à me. Cic. vt neq; planè illudamur ab accuſatorib⁹.

*Ci. pro ſex to. Roſcio. Terē. i An. act. 3. ſc. 3.*

Perſuadeo regit etiam datiuum tantùm, vt Terenti. Is mihi perſuadet nu-

ptias

ptias (quantum queam) vt maturem, quã ſic conuertam, ego perſuadeor ab eo. Elegantius per imperſonale, pſuadetur mihi.

Inuideo eſt verbũ actiuũ tertij ordinis: vt inuideo diſcipulo mortem, Verg. Liber pãpineas inuidit collibus vmbras. Cice. in nobis optimam naturam inuidiſſe videantur. Hoc idem verbum regit datiuũ ſolũ, qui vertitur in nominatiuũ per paſsiuam. Terentius inuidere omnes mihi, per paſsiuã ſic, ego inuideor ab omnibus. Horatius. Ego, cur acquirere pauca ſi poſsũ inuideor? Elegantius per imperſonale, inuidetur mihi. *Verg. Aed. 7. Cic. lib. 3. Tuſcu. Hora. in arte Poetica.*

Deficio quando ſignificat relinquo, deſero. Hiſpañ. (faltar,) regit accuſatiuum frequentiſsime, vt vires me deficiunt. Cæſar datiuo iunxit. Non ſolum vires, ſed etiam tela noſtris defecerunt, qui datiuus vertitur per paſsiuam in nominatiuum, & perſona agens ponitur in Ablatiuo ſine prępoſitione, vt, noſtri deficiebãtur telis. Cicero. mulier abundat audacia, conſilio & ratione deficitur. *Cæſar li. 3 belli. Gal. Cic. pro Cluen.*

Macero pro attenuare. Hiſp. (enflaqueſcer) habet etiam perſonam agentem per paſsiuã in ablatiuo ſine præpoſitione, vt ſtudium me macerat, maceror ſtudio. Horatius.

rati⁹, quã penitus lentis macerorignib⁹.

*Hora.lib.1 Carm.ode. 13.* Interdico, pro prohibere. Hiſ. (vedar, quitar, dezir que no, mandar q̃no). Sic cõſtruitur prætor interdicit furibus prãdiũ. quæ Syntaxis rara eſt. Suetonius, Interdixit hiſtrionibus ſcena. Titus Liuius Fœminis duntaxat vſum purpuræ interdicemus: Ouidius. Cui quondam regia cõiux orbem interdixit. Iuſtinus. Cui paulo ante omnẽ humanã opẽ interdixerat. Tunc eſt actiuum tertij ordinis, dicitur etiam interdico prãdio Cæſarem. Actiuum quinti. vt Cæſar, omni Gallia Romanos interdixiſſet. Conſtruitur etiam ſic, interdixit prætor furibus prandio, poſt datiuũ, ablatiuum, quæ ſyntaxis eſt frequens & elegans. In paſſiua vertũtur huiuſmodi orationes. ſic, quod prohibemus, & quod prohibetur in nominatiuo, dũmodo non habeat accuſatiuum, vt interdicitur furibus prãdiũ, aut fures interdicuntur prandio, aut impersonaliter, vt interdici furibus prandio.

*Suet.in Domi.c.7. Titus Li, li.4.Bel. Mace. Ouid.li.6 Meta. Iuſti.lib.5*

Per verbum, frango pro illido, (dar altraues) aut rumpo, (quebrantarſe, o quebrarſe) ſic cõuertes orationem actiuam in paſsiuam, is fregit nauem, is fractus eſt naue. Ego fregi brachium. ego fractus

ſum

ſum brãchio, Terentius. Nauẽ is fregit apud Andrum inſulã, nõ poteſt conuerti, nauis fracta ab eo eſt, ſed, is fractus eſt .i. naue. Cic. malis fracta ciuitas. Vergi. Fracti bello fatiſq; repulſi ductores Danaum. cũ quo verbo ſupprimitur ſemper prępoſitio, a, vel, ab, & perſona agens ſemper in nominatiuo, vt ego fregi caput. Ego fractus ſum capite, aliquãdo caret ablatiuo. .i. (quebrar) et tũc Syntaxĩ cõmunẽ ſeruat fregi aqualem, aqualis fractus eſt à me.

*Ci. Pro domo ſua.* *Virg. li. 1 Aeneid.*

In verbis ſexti ordinis quando orationes illas ablatiuum cum præpoſitione, a, vel, ab, habentes in actiua, conuertamus in paſsiuam, ad euitãdã amphibologiã .i. dubium, perſona agens ponitur in Datiuo, non in ablatiuo, vt audio Laurẽtium à te, Laurentius auditur mihi à te. Illud Ciceronis: Cum multi à me petũt multa, ſic vertam, cũ multa petãtur multis à me. dubium namque eſſet inter duos ablatiuos, quæ eſſet perſona agens.

Illud eſt aduertendum, perſonam agẽtem in paſsiua poni in ablatiuo cum prępoſitione, a, vel ab, cum hoc tamen diſcrimine, quod ſi ablatiuus incœperit à vocali, aut ab his cõſonantibus .i. r. iũgẽ, ab, ſi a conſonanti, a, ſi ab his conſonanti-

D bus

bus.c.q.t.abs.vt abs quouis, abs Catone, quod rarum eſt.

Perſona agens per actiuam in paſsiuam poteſt poni in tribus caſibus, in ablatiuo cum præpoſitione, a, vel ab, quod elegãs eſt. In accuſatiuo cum præpoſitione per.

*Quintil. in prooem. li. 3.* Quintilianus, pleraq. non per me inuenta, ſed ab alijs tradita. *Sueto. in Iulio. c. 3.* Suet. Simul ex ſpe nouæ diſſenſionis quæ per Marcum Lepidum mouebatur, Romã propere redijt. *Saluſt. in Cati.* Salluſtius, vti per Allobroges, aut per alium iudicem Cæſar falſo nominaretur. *Ci. in cato.* Cice. Maximas reſpublicas per adoleſcẽtulos labefactas, à ſenibus ſuſtẽtatas repe rietis. *Iuſti. lib. 8.* Iuſtin⁹. Itaq; Dijs ꝓximus habetur per quẽ Deorũ maieſtas vindicanda ſit.

Tertio modo ponitur perſona agens per paſsiuã, in datiuo, per Helleniſmon, & apud poetas. *Verg. li. 1 Aeneid.* Vt. Verg. neque cernitur vlli. pro ab vllo. *Ouid. li. 1 Triſti.* Oui. At ſimul intonuit, fugiunt, nec noſcitur vlli.

Apud oratores rarum eſt, præterquã in verbo probo, vt *Cic. li. 2. offic.* Cic. Nam Põpeius nõ dubitat, ea quæ de repub. ſentiat, mihi valde probari. *idem. li. 1. cap. 7.* Idem Cice. graui vero homini & ea quæ ſunt iudicio certo ponderanti ꝓbari poſſe nullo modo. *idem. li. 1. de Orato.* Sic apud eundem inuenies. Idem. Quæ ſi vobis hominibus

minibus eruditiſsimis non probabuntur, raro ablatiuum cum præpoſitione habet vt ibi Cicer. à Phedro non probabatur.

Cum participio præteriti temporis & futuri in dus frequentiſsimus eſt apud vtroſq; Cic. totus eſt oratori perdiſcendus. Rarum eſt ablatiuum cum præpoſine, a, vel ab, in his inuenire. Cicero. tũ de prouincijs ab his, qui obtinerent, retinendis. *Libr. 13. epi. 1.* *Ci. li. 12. ep. 22.*

## Cap. XII. de orationibus paſsiuis quæ non nouerunt actiuam.

SVnt aliquæ orationes paſsiuæ vocis quæ non poſsunt cõuerti in actiuam: vt oratio verbi ago, quando ſignificat Hiſp. (va,) habet paſsiuam in tertijs perſonis, & in illa ſignificatione non nouit actiuam, Cic. agitur populi Romani gloria. Idem. Cic. agitur ſalus ſociorum atq. amicorum. Idem, aguntur certiſsima populi Romani vectigalia, & maxima. Terẽtius. quaſi iſtic minor mea res agatur quã tua. *Cic. pro lege Manili.* *idem pro lege Manili.* *idem pro lege Manili.*

Inucho, cum ſignificat inſectari, & maledictis aliquem aggredi. Hiſp. (maltratar de palabras, o perſeguir a alguno) reperitur tantum in voce paſsiua. Cicero. *Terent. in Heau. ac. 1 ſc. 3.*

*Cic. Tuſ. 3. Idē li. de natu. Deo. Ci. li. epi. 52* itaque Aeſchines in Demoſthenem inuehitur. Idem Cice. in Stoicos inuehebatur. Cice. Sic ſum in Antonium inuectus, vt ille non ferret.

*Oui. li. 2, Meta.* Conſterno, quando. ſ. animo linqui. Hiſp (deſmaiar, o eſpantar.) Ouid. conſternantur equi, & ſaltu in contraria facto colla iugo eripiunt.

Video, quando. ſ. (parecer.) vt quis tibi videor, cum omnibus orationibus ſecundis vocis paſsiuæ.

*Nebriſ. li. 4. c. 2. in cōment. artis Grammati.* Addit Nebriſsenſis. Creor, & linquor & deſideor. Cum inueniamus eſſe actiua, vt apud Cice. quæ comitiis creare conſules rite poſsint, & idem infrà, qui cohæret populus creato. ſ. eligere aut facere cōſules. Hiſp, (elegir, o hacer) conſules. *Cic. li. 3. de legi.*

Linquor etiam inuenitur in actiua pro animo deficere. Hiſp. (deſmaiar.) Plinius. Cochleæ in cibos quos linquit animus. dicitur, Ego linquor animo & animus linquit me. *Pli. li. 30. capi. 6.*

Deſidero. Hiſp. (echar menos o faltar) obuium in actiua, vt dux multos milites in prælio deſiderauit.

## Caput, XIII. De verbis paſsiuis accuſatiuum regentibus.

Per

PEr figuram Helleniſmon latini imitantes Atticos dant verbis paſsiuis accuſatiuum. Priſciano autore, vt Lucanus, pluribus ille modis variatã tingitur aluũ. Verg. tũ vero in curas animos diducitur omnes. Idem. Nec dum antiquum ſaturata dolorem. Statius. carpitur eximium facto nimium Priſcilla decorẽ. Sillius Italicus, Horrida lambenti perfunduntur arma cruore. Horatius. O Ego lęuus qui purgor bilẽ ſub veri tẽporis horã,

*Priſci. li. 8 Luca. li. 9. Verg. li. 5 Aeneid. Idem in eodem. Statius. lib. 5. Sylu. Sil. Itali. 1. Horat. in Arte.*

## De verbis Reciprocis.

AAd Reciprocorum interpretationẽ tria breuiſsime ſunt annotanda, Definitio, Etymologia, Syntaxis.

Verbum reciprocũ eſt quod regit duos rectos eandem perſonam ſignificãtes, vt ego vocor magiſter.

Dicitur à reciproco quod autore Varrone venit à recipio, ꝙ eò vnde aliquis ꝓdijt recipit, & redit. ſ. id quod repeto, reflecto. Hiſp. (retornar) Vnde reciprocare animã pro reſpiro. Hiſ. (reſollar), Titus Liuius. Deinde cũ iam ſpiritum, intercluderet, nec reciprocare animam ſineret.

*Varro. in lib. de lingua latina. Titus Li. 1. belli Punici.*

Verba reciproca & vocatiua, quoties

habent in actiua duos accuſatiuos pro ea dem re acceptos, reciprocãtur in paſsiua i. ambo vertuntur in nominatiuum: vt voco te magiſtrũ, tu vocaris à me magiſter Horatius, Cur ego ſi nequeo, ignoroque poeta ſalutor? Illud euangelij. vocatis me magiſter & dominus, & bene dicitis, ſum etenim magiſter, & dominus. Eſt oratio per ſe ſumpta, verum latinius diceret, vocatis me magiſtrum & dominum. Vniuſcuiuſque nomen his modis enunciabitur, vocor, dicor, nominor, appellor, nuncupor, magiſter, eſt mihi nomen magiſter, vel magiſtri, vel magiſtro.

*Hora. in Arte poetica.*

Si verbum vocatiuum & reciprocum ponitur inter duos nominatiuos diuerſi generis, aut numeri, conueniet cum præcedenti, vt ciuitas vocitata Toletum, ſita eſt in ædito loco. Eſt vrbs in Hiſpania, quæ appellatur Burgi.

Verba etiam reciproca poſsunt admittere diuerſos nominatiuos: vt præda dicitur corpora ĩ bello capta. Nobiles appellantur patritius & vir ingenuus. Plinius. In ea eſt portus qui vocatur caſtra Hannibalis.

*Plin. lib. 3 c. 10.*

## Caput. XIIII. De verbis Neutris.

VT articulatim & diſtinctè hoc caput tractemus, tria, ſunt animaduertenda, Definitio, Etymologia, Diuiſio.

Verbum Neutrum eſt quod tantũ habet vocem actiuam, vt Seruio is.

Deſcẽdit à nomine neuter, tra, trum, quod, Hiſpa. ſignificat, (ni vno, ni otro,) qa nec eſt actiuũ, neq; paſsiuũ.

Eſt duplex, ſignificans actionẽ & paſſionem. Significãtia actionẽ ſunt duplicia, tranſitiua, id eſt caſum poſt ſe regentiá, quæ ſunt, verba primi, ſecundi, & ſexti ordinis. Intranſitiua. i, nullum caſum poſt ſe regentia. quæ ſunt verba quinti.

Aut ſignificãt paſsionem, & ſunt item duplicia voce tantum, vt audeo, gaudeo, prãdeo, ſoleo, mereo, mœſtus ſum: Cæno hoc in loco ab aliquibus numeratur, docet què cœnatus ſum terminare. ſed apud Cicero. li, 2. epiſt. 8. ad Quint. fratrem. & in oratione, in Vatinium, cœnaui, legi, ideo hac, libentius, quam illa voce vtar. Aut ſunt paſsiua ſignificatione, & ſunt duplicia, aut ſignificãt paſsionẽ innatam, aut illatam. Paſsio innata eſt, quę intus naſcitur, vt caleo, frigeo, ardeo, & ſunt tertij ordinis. Illata eſt, quę fertur aliũde, vt. vapulo, veneo, & ſunt quarti ordinis.

Caput

## Caput. XV. De primo ordine verborum neutrorum.

PRimus ordo verborum neutrorum eſt regẽtium genitiuum vel ablatiuũ. Eſt verborum tranſitiuorum & ſunt tantum hæc,

Egeo, es. indigeo, ges, memini, iſti, quod nunc ſignificat, recordari, nũc facere mẽtionem, conſtruitur cum genitiuo, accuſatiuo & ablatiuo cum præpoſitione. de. quanquam Laurentius, aliter doceat. Abundo & redundo, non ſunt huius ordinis, ſed tertij, habent tantum ablatiuum. Illud autem Vergilij. Quàm diues pecoris niuei quam lactis abundans: abundãs ibi nomen eſt, non participium. Cic. autẽ ablatiuum iunxit, cum pro Cluentio dixit. Quis tam abundans copijs? Olim regebat genitiuum.

*Lau. lib. 3. c. 58.* *Verg. in Buco.*

Sto & cõſto. ſi Hiſ. ſignificant (coſtar) abſoluta ſunt, nõ habent niſi genitiuum vel ablatiuum pretij, & hic caſus quoniã communis non conſtituit ſpeciem, & ſic quinti ſunt ordinis.

Sto. cum ſignificat erectum eſſe. Hiſp. (eſtar en pie,) abſolutũ eſt quinti ordinis, cum verò ſignificat Hiſp. (quedar, o paſ-

ſar, o cūmplir.) Vt ſtare promiſsis, pollicitis, (quedar, o paſſar, o cumplir lo prometido, o la palabra,) eſt tertij ordinis. Cice. facere promiſſa, ſtare conuentis, reddere depoſita. Ci. li. 3. offic.

Conſto, pro compoſitum eſſe. Hiſpan. (eſtar hecho,) regit ablatiuū ſine præpoſitione, & cum præpoſitione, ex, Quinti. conſtat experientijs medicina. Cicer. ex fraude, fallacijs, mendacijs totus cōſtare videtur. Idem. Cicer. Conſtat enim ex cæteris ſocietatibus. Ci. pro Roſcio Comœdo. Cic. lib. 13 epi. 10.

Abſtineo obtinet eādem ſyntaxin, regit ablatiuum ſine præpoſitione, & cū præpoſitione, a, vel ab, aut ex, de, quando, ſignificat, id quod cōpeſco, Hiſp. (refrenar) apud Horatium regit genitiuū ſemel & figurate, Mox vbi luxit ſatis abſtineto dixit irarum calidæq. rixæ. Hor. lib. 3 Carm.

Verbum pendeo pro dubiū eſſe, Hiſp. (no ſaber lo que hazerſe,) regit genitiuū, & cum nomine animus tantum, dicitur namque pendeo animi, & animis, atque etiam animus pendet, vt Terentius. hoc ſcio animus tibi pendet. In Adel. ac. 2. ſc. 2.

Faſtidio, pro afferre tædium, Hiſp (dar faſtidio, o peſadumbre) olim regebat genitiuum: Nunc autem accuſatiuum. Vt

*Verg. in Buco.* faſtidis me, dicemus, non mei, & faſtidire preces, faſtidire nũmos. Vergil. inuenies alium ſi te hic faſtidit Amyntas.

*Terent. in Heau. act. 2. ſc. 1.* Satago, pro anxium eſse, Hiſ. (tener congoxa, o eſtar cõgoxoſo,) abſolutum eſt, quod dicitur apud Terentium: is ſuarum rerum ſatagit: ille genitiuus regitur ab aduerbio ſatis.

## Cap. 16, De ſecundo verborum neutrorum ordine.

HVuius ordinis verba regũt datiuum. quem plurima verborũ genera poſtulant: vt verba obſequij & fauoris, vt faueo, ſtudeo, aſpiro, auſculto, obſecundo, obedio, obtempero, ſeruio, inſeruio, deſeruio. Plin. lib. 7. Epiſt. 5. Amicis deſeruio. Plautus accuſatiuum iunxit, ſic, non meretricium eſt vnum inſeruire amãtem. *Plaut. in Moſtell. act. 2. ſc. 2.*

Verba Prouidendi, vt conſulo, prouideo, proſpicio, caueo, quod pro vitare, et fugere, Accuſatiuum regit. Cauebo omnia dixit Cicer. & Horatius. Hunc tu Romane caueto. *Ci. li. 11. ep. 23. ad Brutũ. Hora. li. 1. ſer. ſaty. 4*

Verba obſtaculi & impedimenti, vt obuio, quod non ita latinum. vt obuius ſum, obſiſto, obſto, occurro, repugno, reſiſto, reſponſo as. Horatius, Fortunæ, te reſpon- *Hora. li. 1 ep. 1.*

reſponſare ſuperbè. Idem. Reſpōſare cu- *Idē li. 2.*
pidinibus. *Sermo, Sa-*

Verba parcendi, vt parco, ig... Ti- *ty. 7. Titus*
tus Liuius dixit vt a cædibus & ab incē- *Liui. li. 5.*
dijs parceretur. cui Scæuola. l. Sempro- *Belli Puni.*
nius. De legatis ſecundo infinitiuum eſt
largitus. Proculus reſpondit in hoc caſu
hæredi parcendum eſſe.

Ignoſco regit aliquando accuſatiuum *Plau in*
Plautus. velatis manibus orant. vt igno- *Amphi.*
ſcamus caſum ſuum. Virgil. paruum ſi *act. 3. ſc. 1.*

Tartara noſſent peccatum ignouiſſe. *Vergil. in*

Verba Nocendi. vt noceo, officio, ob- *Calice.*
ſum, incommodo, das. Terentius. vt mihi
incommodet.

Verba Timendi, vt timeo, metuo for-
mido. as. cum metus eſt amicus, quando *Terent. in*
ſignificat. Hiſ. (temer que venga mal a o- *An. act. 1.*
tro) vt. Terētius. Si illū relinquo, eius vitę *ſc. 1.*
timeo. ſin opitulor hui⁹ minas. Idē Syre *Terent. in*
tibi timui male. Plini⁹, tria nāq. tēpora fru *An. act. 1.*
ctib⁹ metuebāt. Formido eiuſdē eſt natu *ſc. 2.*
rę, Auro formidat dixit Plaut⁹. in Aulu. *idē i Heau.*
act. 1. ſc. 1. accuſatiuū quādo met⁹ eſt i... *act. 5. ſc. 2.*
mic⁹ regit, ꝙ frequēs apud Ci. ad Atticū. *Plin. li. 18*

Actiua repetiuntur quando. ſ. formida- *c. 29.*
re aliquem. Martialis. tanquam ſus Cali- *Mart. li. 11*
donius timetur. Silius Ita. quicumque *Sil. Ita lib.*
timeri *15.*

*Mart.li.5* timeri dux bello poterat.& Martialis, ti-
*Oui.ep.4.* metur argentum dixit. Inde participium
*idem li.13* timendus. Ouidius. Dẽte timendus aper.
*Meta.* Idẽ Ouid. Cur ſpolieris erit, nõ cur metua
*Luca.li.5.* ris ab hoſte, & tũc ſunt actiua primi ordi
*Ci. pro do* nis. Luca. Dũ metuar ſemper, terraq; ex
*mo ſua.* pecter ab omni. Cic. Nõ charitas timeret.

Verba adhærendi, vt hæreo, adhæreo, adhæreſco, propinquo. Tria priora interdum loco datiui habent accuſatiuum cũ
*Verg.li.5* præpoſitione, ad, & ablatiuum, vt hæreo
*Aeneid.* huic rei, ad hanc rem, in hac re. Verg. ſcopulo propinquare.

Verba ſignificãtia ſatis eſſe. Hiſp. (baſtar o ſobrar.) vt ſuppeto, ſufficio. Horatius. Pauper.n. non eſt, cui rerũ ſuppetit vſus.

Reſto, pro maneo. Hiſpan. (quedar, vt
*Verg.li.2* Verg. quid iam mihi miſero reſtat? i. quid
*Aeneid.* me manet. quid futurum eſt de me. Hiſp. (que me queda, que ha de ſer de mi?)

Impono pro fallere, incũbo, & nubo.

Doleo, notæ ſignificatiõis huius ordinis, partes quæ dolore afficiuntur ponentur in nominatiuo, qui dolore afficitur in datiuo. Vt dolent mihi oculi, pedes, dolet cor: quando ſignificat pœnitere. Hiſpan. (doler, peſalle, o tener, o dar paſsion) accuſatiuum regit. Vt doleo mortem adoleſcen-

leſcentis,(peſame,duelo me,tengo dolor de la muerte del mancebo.)Cic. qui meũ caſum luctumq; doluerũt. Dicimus etiã in hac ſignificatione, caſus adoleſcentis dolet. Terentius.dolet dictũ imprudenti adoleſcenti,& libero.Hiſp.(el mote le dio pena al mancebo,o peſole del mote.)ita dicitur.Doleo interitum fratris tui.Hiſp. (peſa me de la muerte de tu hermano.) *Ci.pro Roſcio.*

Doleo caput & doleo me,antiquæ ſunt loquutiones,vt eſt videre apud Plautũ. *Plaut. In Trucu & in Amphi.*

Placeo & diſpliceo Arrideo.

Verba pugnandi,vt pugno,certo,decerto,cõtendo. Verg. Placido ne pugnabis amori?Idem,montibus in noſtris ſol⁹ tibi certet Aminthas, quæ poetica locutio eſt.Oratoriè pugno vel certo tecum, decerto & cõcerto, cum aliquo dicimus, non alicui.Cæſa.cum Germanis contendunt.Cicer.cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum eſt. *Statius li. 1. Ver. li. 4. Aeneid. idẽ Ecl. 5. Cæſar.li. 1 de bel. Gal. In Amicitia.*

Compoſita à ſum,es,fui,ſunt huius ordinis,præter poſſum,quod regit infinitiuum poſt ſe expreſſum, vt non poſſum non laudare,aut ſubintellectum, vt non omnia poſſumus omnes,intellige facere.

Vaco.Pro operã do.Hiſ.(trabajar) Pro vacuũ eſſe,vel carere,vaco culpa,vel cul-

pa

pa dicimus.

Indulgeo pro molliter tractare. Hiſpa. (regalar.) & aliqua verba neutra cõpoſita cũ his præpoſitionibus. Ad, ob, in, ſub, re, præ, vt accumbo, aſſurgo, accurro, obſtrepo, inſideo, inuideo, ſuccurro, ſuccumbo, inſto, præſto, præſideo. Vt mẽſæ meę decumbũt viri officioſiſsimi, diſcipuli obſtrepunt magiſtro, omni auro præſtat ſapientia,

Verba Illudẽdi, vt inſulto, illudo, hoc poſtremum regit etiam accuſatiuum. Terentius. Dũ ſtudeo obſequi tibi, pene illuſi vitam filiæ, quando. ſ. id quod decipio actiuũ eſt. Cic. vt planẽ illudamur ab accuſatoribus. Idẽ, in altero autẽ me illudi ab eo. Irrideo actiuum primi eſt.

*Terent. in An. act. 5*
*Ci. pro R o ſcto. Com.*
*Idẽ li. 1. de Orato.*

Et verba adiũcta cum his aduerbijs, bene male, & ſatis, vt bene volo, bene cupio bene verto, ſatisfacio.

*Cic. in oratio. ad Quirites poſt reditum.*

Studeo quando. ſ. nitor, laboro. Hiſpa. (trabajar, o eſtudiar,) regit accuſatiuũ vel datiuũ. Cice. cũ vero literas ſtudere incipit. Idem, vt idipſum quod ſtudet facere poſsit ornatus. Idẽ, vnũ ſentitis omnes, vnũ ſtudetis, Marci Antonij furorẽ extinguere. Horatius, non temere eſt animus, verſus amat, hoc ſtudet vnũ. Elegantior

*Idem de finibus.*
*Idẽ in Phi. li. 6.*
*Hora. ep. 3 li. 2.*

eſt

eſt datiuus, quãdo. ſ. (fauoreſcer,) ſemper
eſt ſecundi.

Verba aggrediẽdi, vt inceſſo, ingruo.
rarus eſt datiuus in inceſſo, frequentior
eſt accuſatiuus. Ingruo datiuum regit, &
accuſa. cum præpoſitione in, apud Liuiũ.
Plinius, vniuerſis gentibus ingruunt mor *Pli.li.c. 7.*
bi. Et generatim modo ſeruitijs, modo ꝓ *Liuius.li. 4*
cerũ ordini. Inuado, nõ eſt huius ordinis: *Ab urbe.*
dicimus enim inuado te & in te. Ci. in eũ *et li. 6. bel.*
inuadũt. Lucanꝰ, furẽtes inuadũt clypeos *Pu. Cic. ꝓ*
Lege limã noſtrã Barbariei. Irruo nõ regit *Cluent. Lu*
datiuũ, ſed accuſatiuũ, cũ præpoſitione, *ca.li. 1.*
in. Cicero. Cum in mala ſcientes irruunt,
habet aliquando datiuum apud Poetas. *Cic.lib. 5.*
Verba. Proficiẽdi, Hiſpan. (aprouechar.) *de fini.*
Vt proficio, commodo, Pli, Proficit ocu-
lorum lachrymis. Conducit, in tertijs per
ſonis vtriuſque numeri. Plautus, Nã huic *Pli.li. 36.*
ætati non conducit mulieri latebroſus lo *c. 20.*
cus, ſic apud Ciceronẽ ſæpe commodes *Plaut. in*
ijs & cuiquam dicitur. *Bacchi.*

## Caput. XVII. De tertio verborum neutrorum ordine.

Huiꝰ ordĩs verba regũt poſt ſe ablatiuũ ſignificãt paſsionẽ innatã, Vt caleo, tepeo, cũ verbis finitis, in ſco, ab eis dſcẽdẽtibꝰ, q̃ ita differunt, Primitiua ſignificant paſ-

paſsionem perfectam, vt tepeo, (eſtoy tibio) Deriuata autem ſignificãt paſsionẽ imperfectam, Vt caleſco, (paro me caliente,) tepeſco, (paro me tibio.)

Verba manandi, vt fluo, mano, ſcateo, ſcaturio, ſudo. vt corpus mortuũ vermibus ſcatet. Hoc eſt in verbo mano ſeruandum, quod manat, in nominatiuo; locus vnde manat in ablatiuo cum præpoſitione de, ex, collocatur. Vt ſanguis manat ex palato: ſi autem locus vnde manat aliquid eſt in nominatiuo, quod manat in ablatiuo ſine præpoſitione ponetur, vt palatum manat ſanguine.

Verba copiæ, vt abundo, redundo, effluo, inundo, exundo, exubero.

Verba Inopiæ, vt careo, vaco.

Sto, pro conſiſto, aut maneo, & conſto pro compoſitum eſſe.

Gaudeo, æſtuo, flagro, fragro.

## Caput. XVIII. De quarto verborum neutrorum ordine.

VErba huius ordinis habent verbi paſſiui Syntaxin, ſignificationem paſsiuam amplectuntur. Sunt quatuor tantũ, Fio enim paſsiuum eſt ab actiuo facio.

Vapulo pro cędi & verberari. Hiſ. (ſer herido, o açotado.)

Veneo,is,iui,venire,venũ,pro venũdari.Hiſp.(ſer vendido,)quæ duo ablatiuum perſonę agentis recipiunt,vt libri veneũt à bibliopola.

Exulo.ſ.patria pulſum eſſe.Hiſp.(ſer deſterrado)non recipit ablatiuum perſonæ, ſed loci aut rei,vt exulo à domo, à patria: Martialis,ad Cęſarem quod expulerit delatores, Exulat Auſonia profugus delator ab vrbe. Plautus, exuletque à patria ſua.ſic dicitur exulare à conuiuijs:nam vt optimè docet Donatus,ibi,nã domo exulo.Exulo duobus modis accipitur,& de loco in quo exulet, & de loco ex quo eiectus eſt, ſi libuerit addere ablatiuum perſonæ agentis,per hæc verba fiet,agere in exilium,relego,as,afficere exilio, appellere in exilium, vt actus ſum in exilium à prætore.Titus Liuius,non ſolum à patria procul,Italiaque,ſed ab hoſte etiam relegati ſumus.Cicero,Cũ eſt ab Albino conſule relegatus.

*Mart. li. 1* *Plau. in Moſte. ac. 3. ſc. 1.* Donat in Eunu. ac. 3. ſc. 5. *Titus Li. libr. 5. Belli Punici.* Ci. lib. 12. ep. 25.

Liceo,es,ſignificat in auctione æſtimari,& vendi. Hiſp.(ſer pueſto en precio en almoneda).Apud Plautum,ſi locus mendo vacat,ſignificat pretium augere in auctione.Hiſp.(poner en precio en almoneda)cuius verba ſunt,omnia venibunt,qui

*Plau. in Menech.*

que licebunt præſenti pecunia, ego autẽ, quæque contendo legi, non cuique abla- tiuum perſonæ agentis non recipit. Hu- iuſmodi namq; orationem, nunquã audi mus, omnia ſupellectilia a me licebunt. ſed per hæc verba fiet, liceor, ceris, aut li- citor, aris, quæ ſignificant, (pujar, o poner precio en almoneda, ) vt liceor omnia ve ctigalia. Sic facundus Curtius dixit, licita mini hoſtiũ capita, hæc doctiſsimi Nebriſ ſenſis exempla, Exulo a rege, ſerui licent a mangone, teſtimonio carent.

## Cap. XIX De quinto verborum neutrorum ordine.

IN hoc ordine includuntur omnia ver- ba neutra abſoluta, ideſt, nullum caſum poſt ſe regentia, quæ reciprocationem, id eſt duos nominatiuos alterum a frõte, & alterum a tergo recipiunt. Vt nemo vi uit felicior te. Horatius. Qui fit Mœce- nas, vt nemo quam ſibi ſortem, ſeu ratio dederit, ſeu ſors obiecerit, illa cõtentus viuat. quod alijs neutris accidit, vt tu ſolus occurrebas dignus eo mu- nere.

*Hora, li. 1 Sermo. Sa- ty. 1.*

Caput

## Cap. XX. De ſexto verborum neutrorum ordine.

HVius ordinis verba regunt accuſatiuum, vt faſtidio munus tuum, doleo caſum adoleſcentis. Cice. Mœreo caſum eiuſmodi. *Cic. li. 14 epi. 2.*

Tranſeo, vt tranſiui flumina. Cicer. & ſi nō dubie mihi nūciabatur, Parthos trāſiiſſe Eufratē, caue malū hoc. De primo verbo lege ordinē primum neutrorū. De cæteris ſecūdum. Omnia verba neutra regentia accuſatiuū ſignificantem rem verbi, vt viuo vitam, ſeruio ſeruitutem, nauigo mare, nato vndam, habito vrbem, poto aquam, bibo vinum. Terentius. Quia conſimilē luſerat iam olim ille ludum. Cœlius, puto vt ſuū gaudium gauderemus. Quę poſſunt habere paſsiuā in tertijs perſonis tā numeri ſingularis quàm pluralis, quod docet Quintilianus cū ait. Eſt etiā quidā tertius modus, vt vrbs habitatur, Vnde & campus aratur, & mare nauigatur. Quod eiuſdem teſtimonio comprobatur, neque negligēter à nobis locus iſte tranſibitur. Cice. quo in genere etiam in Republica multa peccantur. Idem. Cice. In patris vita violanda multa peccantur. *Ci. lib. 15. ep. 1. Terent. in Eunu. ac. 3. ſc. 5. cæli⁹ apud Cic. lib. 1. ep. 8. Quint. li. 1 cap. 8. Idem li. 2. c. 4. Ci. li. 1. off. Idem in Pa ra. 3.*

Leguntur etiam Participia futuri in dus & præteriti in tus, à verbis neutris ſignificantia paſsionem. Cice. etiam ſi non ſint dolenda. Oui. Vir mihi dempto fine carendus abeſt. Ide, Flendaq; nunc. Colu. Ager ſeminandus eſt, ferendus, arandus. Sic regnatus a regno, iuratus à iuro. Priſcianus idem præceptum tradit, cum in tertia (inquit) perſona ſæpe paſsiuum ſolet inueniri, etiā ex huiuſmodi verbis, ſed ad muta & carentia anima pertinens, dicimus enim conditur olus, aratur terra, ſeritur arbor, curritur ſpatium. Verum hæc Priſcia. doctrina non eſt vndequaq; vera, nam etiam pertinent huiuſmodi verba quando inueniuntur in paſsiua ad homines. Ouid. Scis mihi quam ſolæ pene bibantur aquæ. Idem, Vixi annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.

Cice. li. 12 ep. 23.
Oui. ep. 1.
Idem lib. 1 elegia.
Colum. lib. 2. c. 5.
Priſc. li. 3.

Sunt etiam huius ordinis omnia verba neutra regentia accuſatiuum virtute ſumptæ ſignificationis alterius verbi propria omiſſa. Vt emano quod proprie ſignificat effluere. Hiſpañ (correr, o manar) quando pro fundendo emittere capitur Hiſp. (echar de ſi) regit accuſatiuũ, vt Plini. in attritu ſudorem purpureum emanat. Idem Africa Hamoniaci lachry-

Pli. li. 37. c. 13.
idem li. 12 cap. 24.

mam

mam ſtillat in harenis ſuis, pro guttatim emittere. Hiſp. (echar gotas) cum propriè ſignificet guttatim decidere. Hiſ. (gotear) Verg. formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim, id eſt vehementer amabat. *Verg. ecl. 2.* Idem formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas, id eſt ſonitum referre. *idē Ecl. 1.* Idem. pinguia corticibus ſudāt electra myricę, ſudant, id eſt emittunt. *idē Ecl. 8.*

## Cap. XXI. De verbis ſubſtantiuis.

De his hæc ſunt conſideranda, Definitio, & Diuiſio.

Eſt quod in coniugando & interpretando alijs verbis ſubſtat. Vt lego, ſum legens.

Eſt duplex proprium, & improprium.

Improprium eſt quod verbi ſubſtantiui conſtructionem obtinet. Huius naturæ ſunt omnia verba cuiuſcunque generis, habētia duos nominatiuos, vt nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, ſedeo rectus, ſcribo pronus. Verg. Aſt ego quæ diuum incedo regina. Terentius. Redeo inde iratus atq; ægreferens. Cicero. Iacet ille nunc proſtratus. *Verg. li. 1 Aeneid. Terē. 1 An. ac. 1. ſc. 1. Ci, in Cati.*

Proprium eſt vnum tantũ, ſum, es, fui, quod quando eſt perſonale, nouem ſignificationes habet (Ser, eſtar, tener, poder, o baſtar, valer, tener neceſsidad, comer, gaſtar, conſumir, viuir.)

Quando ſignificat (ſer) habet omnes caſus præter accuſatiuum, quẽ non recipit niſi in infinitiuo, & tunc cum preceſsit obliquus, vt te eſſe prudentem, oportet. Mea intereſt eſſe eruditum.

Quando ſignificat (eſtar,) duos nominatiuos admittit. Vt cum fueris in auditione, tu eſto attentus. Aut ablatiuum cum præpoſitione, in, ſi dictio eſt nominis appellatiui, vt ſum in auditorio. aut cæteros caſus loci, vt ſum Romæ, Carthagine, domi.

Quando ſignificat (tener.) perſonam agentem in datiuo, & patientem in nominatiuo poſtulat, vt ſunt mihi manicæ ferreæ, tibi autem compedes.

Quando ſignificat poſſe, aut ſufficere, Hiſpa, (poder, o baſtar,) habet gerundium accuſatiui vel datiui, vt ad tuas laudes recenſendas Cicero non erit. tuis geſtis ſcribendis omnes non erimus. Titus Liuius. vt diuites conſtituerent, qui oneri ferendo eſſent. Pauperes ſatis ſtipendij penderent, ſi liberos educent.

*Titus Liui li. 2. ab urbe cond.*

Quando ſignificat (valer.) habet genitiuos illos æſtimationis. Tanti, quanti, de quibus in verbis æſtimationis. Plautus. Tanti es, quanti fungus putidus. Cic. magni mihi erunt tuæ literæ. Habet in hac ſignificatione genitiuum, vel ablatiuum pretij, vt liber eſt duorum denariorum. Cicero. emere denario, quod ſit mille denariûm. Cic. lib. 1 ep. 15. Ci. li. 3. offi.

Quando ſignificat, (tener neceſsidad, o auer meneſter,) iungitur cum nomine opus, habet omnes caſus, elegantius ablatiuum.

Quando ſignificat (comer, ) habet conſtructionem actiuam, hoc eſt nominatiuum perſonæ agentis, & accuſatiuũ perſonæ patiẽtis. Plautus, qui è nuce, nucleũ eſse vult, nucem frangat. Plau. in Gurg. ac. 1

Quando ſignificat (cõſumir), o gaſtar. habet eandem Syntaxin. Vt Verg. Eſt mollis flamma medullas. Idem, vt mala culmos eſset rubigo. Verg. li. 4 Aeneid. idem. li. 1. Geor.

Quando ſignificat viuere, eſt abſolutũ. vt Cic. longumq. illud tẽpus cum non ero magis me mouet, quam hoc exiguum.

## Caput. 22. De verbis deponentibus.

AD huius capitis interpretationẽ tria ſunt adnotanda Definitio, Etymologia, Diuiſio. Deponẽs eſt quod ſignificat actionem, ſub voce paſsiua, vt opitulor, (ayudo)

A depono, naſcitur quod ſignificat, Hiſpa. (dexar) quoniam huiuſmodi verba olim depoſuerũt alteram ſignificationẽ, videlicet paſsiuam.

Diuiditur in ſex ordines.

*Verg. li. 2 Aeneid. ci pro Ro. Amerino.* Primus eſt regentium genitiuũ, & ſunt Miſereor, obliuiſcor, recordor, reminiſcor, potior, tiris, verbo miſereor, eccleſiaſtici dant datiuum.

*Cic. lib. 4. ep. 5. Idem ante quãiret in exilium. idem pro Quinto Li gario. Ci. li. 1. de Senec.* Obliuiſcor, regit accuſatiuum etiam. Verg. quis quis es, amiſſos iam obliuiſcere Graios. Cicero. & artificium obliuiſcatur, & ſtudium deponat licebit. Idem accidit verbo reminiſcor. Seruius Ciceroni, ea potius reminiſcere, quæ digna tua perſona ſunt. Idem, in noſtro euẽtu aliorum reminiſcẽtes caſus, & cum prępoſitione, de. Idem, etiam de alijs quęſtoribus reminiſcentem recordari,

*idẽ libr. 1. Tu. idem li. 3. ep. 26. ad Atti.* Verbum recordor habet etiam accuſatiuum & ablatiuum cum præpoſitione, de, Cice. vt bella à ſe geſta triumphoſque recordantur. Idem Cice. tu ſi meliori memoria

moria es, velim ſcire, ecquid de te recorde re. Idem, recordor tamen tua conſilia. *idem lib. 1. Epi. 16. ad Atti.*

Potior eſt huius ordinis, ſignificat poſſideo, teneo, in poteſtate habeo, obtineo. Hiſp. (alcançar, poſſeer) Cic. Si exploratū tibi eſt, poſſe illius regni potiri, regit ablatiuum. Veg. optata Troes potiuntur arena. Cic. aut victoria vt illi qui bello potiti ſunt, ideſt poſſederunt. cum genitiuo rerum. ſ. dominari, & imperium tenere. Hiſpa. (señorear, o mandar) Cicer. otium nobis exoptandum eſt, quod ij qui potiuntur rerū, præſtaturi ſunt: quando. ſ. fruor. Hiſp. (gozar.) tunc poſtulat accuſatiuum & ablatiuum. Terētius. Miſeriam omnem ego capio. hic potitur gaudia. Cice. Deinde ijs quibus ſenectus etiā ſi nō abūdepotitur. Hoc aſſeuerat. Laur. Venit a potis, eſtq; aliquādo tertiæ cōiugationis. Verg. fas omne abrūpit, & auro, vi potitur. Oui. Tuq; tuis armis, nos te poteremur Achille *Ci. li. 1. ep. 7. Vergili. 1. Aeneid. Ci. li. 1. offi. Ci. li. 1. ep 8. Terent. in Adel. ac. 5 ſc. 4. Ci. de ſene. Lau. li. 3. c. 34. Verg. li. 3. Aeneid. Ouid. li. 3. Meta.*

Cap. XXIII. De ſecundo verborum deponentium ordine.

Secundus ordo eſt datiuum poſtulantium, vbi multiplicia verba includuntur.

Verba auxilij vt auxilior, opitulor ſuffragor, patrocinor.

Verba obſequj cum contrarijs, vt obſequor, morigeror. Contraria, vt aduerſor refragor.

Verba aduiandi, vt adulor, aſſẽtor, palpor, blandior.

Verba gratulationis, vt gratulor, quod oratorium, eſt grator poeticũ, gratificor, dicimus gratulor tibi aduẽtum, & tibi de aduentu, & adueniſſe.

Verba minarũ, vt minor, minitor, quæ ſunt etiam tertij, & quarti ordinis. Vt ille minatur quotidie morte vel mortem, iraſcor, ceris.

Verba aſſenſus, vt aſſentior, ſtipulor, cũ verbo inſidior, aris, & dominor, aris. Loquimur etiam in ſuos dominatur, vt apud Ciceronem inuenies. In ſuis dñatur frequens locutio.

*Cic. lib. 1. de ſene.*

Verba medendi, vt medeor, eris, medicor, aris, quæ & accuſatiuum aliquando regunt.

## Cap. 24. De tertio verborum deponentium ordine.

HVius ordinis verba accuſatiuum volunt, quem regunt hæc cum dictis in primo & ſecundo ordine.

Verba conſolandi, vt ſolor, conſolor,

Deteſtandi, deteſtor, execror, abominor, auerſor.

Fateor cum compoſitis, confiteor, diffiteor, profiteor.

Loquor cum cōpoſitis, alloquor, colloquor.

Sequor, cum compoſitis, perſequor, inſequor, conſequor, proſequor.

Mereor cum compoſitis, commereor, promereor, demereor.

Verba imitationis. vt imitor, æmulor. obuia, vt teſtor, teſtificor, cauſor, grauor, pro moleſtia afficere, Hiſpañ. (moleſtar) o agrauiar) nam pro moleſte ferre, Hiſpa. (recebir peſadumbre) nihil regit. Cicero. teſtor Deas, Deoſq; omnes immortales. Sortior, ris, ſortes immitere. Hiſp. (Echar ſuerte, o tomar por ſuerte. Plini. ac Cice, ſortiri iudicem dixerunt.

*Cic. in oratione anteq̄ Pli. in proœmi. ſui opis. Ci. li. 2. Tuſcu. Ci. li. 2 epi. 5. ad Quintum Fra. idem li. de Fato. Cicer. ii. 2. Tuſc.*

Quereor cum compoſito conquereor. Cicero. conqueri fortunam aduerſam dixit, & mutuor pro accipere mutuum. Hiſpan. (tomar, preſtado.) Cicero. a viris virtus nomen eſt mutuata. Idem ſubtilitatē

litatem ab Academia mutuatur orator.

Eſt aduertendum multa huius ordinis verba præter accuſatiuum recipere datiuum, alia ablatiuum ſine præpoſitione, alia cum præpoſitione. Vt precor ſchoolaſticis meis ſciētiam. Proſequor te honore, queſtus ſum de diſcipulis meis, percōtor diſciplinam à magiſtro, ſic apud Cic. inuenies.

*li. 2. de diuina. & cōtra Rullū.*

Eſt conſiderandum in verbis his orationem gerundij ſubſtantiui poſſe verti in gerundium adiectiuum, quod in alijs deponentibus raro fit, vt cauſa deprecandi Deum, iui in templum maximum, vel deprecandi Dei. Patior multa ad conſequendum honores, vel ad conſequendos honores. Cic. Archimedem, arbitrantur, plus valuiſſe in imitandis ſphæræ conuerſionibus, quam naturam in efficiendis. Idem, oris pulchritudo reliqui corporis imitandi ſpem auferebat. Idem iuſtitiæ fruendæ cauſa.

*Cic. lib. de natu. deorū. Idem lib. 1. offic. Idem li. 2. offi.*

Medeor & medicor de quibus in ſecundo ordine.

## Caput. XXV. De quarto verborum deponentium ordine.

Huius

HVius ordinis verba gubernant ablatiuum ſine præpoſitione, quam Syntaxin habent hæc verba.

Lætitię, vt lætor, glorior, Primum verbum aliquando, ſed raro accuſatiuum regit. Cicer. vtrumque lætor, pro vtroque Vergil. Per Hellenismon dixit, lætor ve malorum, glorior varie regit, dicimus nanque glorior ad amicum, & de amico, & in amico, & propter amicum, & amico, & apud amicum.

*Cice. li. 7. epi. 1.*
*Verg. li. ii Aeneid.*

Cum, is, & idem, & quis vel, qui regit accuſatiuum. Cice. equidē poſſe, vellem, idem gloriari. quod Cyrus. Salluſtius, quaſi vero togatus, & non armatus eum quæ gloriaris confeceris.

*Ci. de ſene.*
*Sal. in Ci.*

Verba vſus & officij, vt vtor, cum compoſito abutor. Cicero. Quouſq. tandem abutere Catilina patientia noſtra?

*Ci. in cati.*

Fruor, eris, fructus ſum. Cic. in Hortenſio, amœnitate ſumma perfructus eſt, dixit. Velleius Paterculus fruitus ſum eſt vſus, inquiēs, neq, illi ſpectant, quo fruitus ſum. Cice. li. 3. Tuſcu. conſideret que ſe fruiturum, Vlpianus. l. ſiquis. ff. locati & cōducti. Quo fruitus eſt, dixit. Idem vlterius, fruiturus. fungor cum compoſitis defungor, perfungor,

*Apud Priſcia. lib. 10 citatur hoc teſtimoniū & ibi per fructus eſt ſcribitur.*

Vtor

Vtor quando habet ablatiuum rei ſignificat (vſar, o aprouechar ſe de alguna coſa) vt vtor pecunijs, Cicer. tum proximè hoc miſerrimo bello domus eius tota mihi patuit, qua, ſi opus fuiſſet, tã eſſem vſus, quàm mea. Si autem ablatiuũ perſonę, ſignificat (conuerſar, o cõmunicar) Cice, Caio Auiano Euandro qui habitat in tuo ſacrario, & ipſũ multũ vtor, & patrono eius Marco Aemilio familiariſsimè.

Cice. li. 13 ep. 2.

Veſcor quod, cum, vtor & fungor aliquando regit accuſatiuum, elegãtius loqueris per ablatiuum.

Veſcor aliquando inuenitur in ſignificatione paſsiua. Plinius. & ideo caprinũ iecur ſi veſcatur, reſtitui veſpertinã aciẽ. Idem, & furfure craſſo veſcitur.

Pli. li. 8. cap. 50. idem li. 18 c. 30.

Verba laboris vt nitor, conor, in hoc ordine Antonius delector, aris, includit, quod deponens nõ inuenitur, ſed actiuũ.

## Cap. XXVI. De quinto verborum deponentium ordine.

VErba hæc abſoluta ſunt, nullum caſum regunt, huc referuntur omnia deponentia nullum caſum gubernantia.

Cap.

## Cap. XXVII. De VI. verborum deponentium ordine.

HVius ordinis verba poſcunt ablatiuum cũ præpoſitione, a, ab, de, e, ex, vt Terentius Sc**i**tus puer natus eſt è Pamphilo. Terē. 1 An. ac. 3. ſc. 2.

Sunt orior, naſcor, patior, mereor. Cic. ita ď Volaterranis mereare, pater tuus bene de me meritus eſt. (hizo mucho por mi.) Ci. li. 13. ep. 4. Sal. 1 Cati.

Queror pro lamentari & querelas effũdere Hiſp. (quexarſe,) Salluſtius, ſæpe de luxuria, de auaritia noſtrorũ ciuium quereretur, cum compoſito conqueror. Cic. de tui fratris iniuria cõqueri, quæ etiam ſunt tertj ordinis. Proficiſcor, pro exeo. Hiſ. (ſalir.) Cic. ſæpe a metu proficiſcãtur Ci. li. 5. ep. 2. Hiſp. ſalir. Ci. li. 1. of Ouid. li. 5 Triſ. eleg. 5. Quint. li. 9. c. 2.

Inueniuntur participia futuri in dus, a uerbis deponentibus, & paſsionem ſignificantia, Ouid. Qua conſolatus amicũ ſis ope, ſolandus cùm ſimul ipſe fores. Quintilianus, abominãda crimina ſparguntur. Cicer. in adeundis periculis conſuetudo imitanda medicorum eſt. Idem, tu ipſe tibi imitandus es. Idem. A te non vlciſcẽda ſunt, lege Adria. Cardi. vbi de deponẽtibus paſsiuis agit. Cic. li. 1. of fi. idẽ de orat. idem. li. 12 ep. 23. Adria. lib. de ſerm. la ti.

Parti-

ſua retuliſſe videretur. Eſt notandũ, hos ablatiuos mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, cuia, non admittere genitiuos omnes: nõ em̃ ſic loquemur, mea magiſtri intereſt docere, & tua diſcipuli audire. Sed huiuſmodi oratio per alia verba enunciabitur. Oportet, conuenit, attinet, pertinet. Iunguntur tamen cum genitiuis æſtimationis magni, parui, tanti, quanti. Cicer. magni ſua intereſſe arbitraretur. Idẽ. me⁹ familiaris tanti ſua intereſſe arbitraretur.

*Cic. li. 13 epi. 10.* *Idẽ. li. 13. epi. 21.*

Aſciſcunt ſibi hi ablatiui genitiuos cũ quibus erant coniuncta pronomina illa, mis, tis, ſis, quod docet Laurentius, cum ait, genitiuis aliarum dictionum cum quibus coniuncti erant natura repugnante minime mutatis, qui ſunt omnium, multorum paucorum, duorum, trium, & cæterorum nominum numeralium, & his vnius, ſolius, ipſius, quibus iungũtur hæc duo tantum, mea, tua, non enim dicimus noſtra ſolius, ſed per aduerbium ſolum, vt noſtra ſolum, nec veſtra ipſius, ſed veſtra ipſorum, vt quod noſtra autem ipſorum intereſt, & genitiui participij præſentis tẽporis. Vt mea legentis, tua audiẽtis intereſt laborare. Aliquando cui conuenit, ſi eſt res nõ perſona, ponitur in accuſatiuo

*Lau. 1. ca. 12.*

cuſatiuo cum prępoſitione ad: Cic. quanquam magni ad honorem noſtrum intereſt. Idē. Equidem ad noſtram laudem nō multū intereſſe video, ſed ad properationē meam quiddam intereſt. Idem. Quantum intereſſe vis, ad rationem petēdam, qđ in dictionibus incorporalib⁹ ſeruatur. Cic. li. 16. ep. 3. Idem li. 5. ep. 12. Idem pro Planco.

Iunguntur etiam his verbis aduerbia hæc, multum plus, permultum, plurimū, parum, paulum, & ſimilia, cum his neutris terminationibus aduerbiorum loco poſitis, id, quiddā, iſtud, nihil, nunquid Terent. Verum id tua refert nihil. Cic. tātum refert quam magna dicā, huiuſmodi exemplorum referta ſunt omnia: Dictiones namque in neutro genere non mutāt horum verborum naturam. Terent. in Hecy. ac. 4 ſc. 3. Cice. li. 5. de fi.

Verbo eſt, erat, iunguntur hæc pronomina in neutra terminatione, meū, tuum, ſuum, noſtrum, veſtrum, cuium. Terent. non eſt mētiri meum, accuſatiui ſunt non nominatiui. Ter. in Hecy. ac. 4. ſc 2.

Habent verba imperſonalia ſignificationem omnium perſonarum & numerorum. Terē. pudebat, (tenia yo verguēça.) Idem. Vbi ad ædeis ventum eſt. (Deſpues que venimos, ) ita piget me, te, ſe, illos, nos, vos. Horatius. ſciſcitari libet ex ipſo, Ter. in Adelphis. ac. 2. ſc. 4. Idē in Heau. a. 2. ſ. 3 Hora. li. 1. epi. 7.

quodcunque refers. Hiſp.(quiero pregũtar.)Idē, vt libet. Hiſp. (Como quiſieres) Habent aliquando hæc verba ſubiunctiuum, loco infinitiui. Cice. Huic tu ſeruias huic te oſtentes oportet.

*Idē, ibidē.*

*Cic. pro Marcello.*

Omne verbum vt ſit imperſonale, tria debet habere, Carere ſuppoſito rectæ cōuenientiæ. Nō inueniri niſi in tertijs perſonis numeri ſingularis. Et illam tertiam perſonā habere ſignificationem omniũ perſonarum vtriuſque numeri. Quare apud Quintilianum, Nonnunquam hiulca decent, perſonale eſt, decent, non imperſonale. Idem dicendum in illo Ciceronis & ſimilibus. Eum cuius opera hæc nobis accidunt. Item illud Plauti. Adoleſcēs quæſo loquere tuũ mihi nomen, niſi piget, & Horatij. Omnis Ariſtippum decuit color, ſtatus & res, quamuis non ſum de nomine anxius, dum loquendi puritatem ſimus nacti.

*Quint. lib. 9. cap. 4.*
*Cic. lib. 4. ad Heren.*
*Pla. in Menech. ac. ultimo. ſc. ulti*
*Hora li. 1. epi. 17.*

Illud eſt etiam notandum, imperſonalia nullum caſum ante ſe regere, quoniã vbi nulla eſt ante ſe conuenientia, nullũ eſt regimen, quod docet Laurentius.

*Laur. li. 2. cap. 1.*

## Caput. 30. De ſecundo verborum imperſonalium ordine.

Secun-

SEcundus ordo eſt regētium poſt ſe datiuum & infinitiuum, vbi includuntur hæc verba.

Contingentiæ, vt accidit, contingit, euenit, obtingit, ſignificant Hiſpan. (acontescer,)

Verba Vtilitatis, vt cōducit, expedit, præſtat, conuenit, placet.

Verba claritatis, vt cōſtat, patet, liquet cum his, licet, libet, dolet, vacat.

## Caput. 31. De tertio verborum imperſonalium ordine.

TErtius eſt poſtulantium poſt ſe accuſatiuū & infinitiuum, qualia ſunt. Delectat, Iuuat, (Plazeme, o agradame.)

Oportet. Conuiene.

Decet. Es honeſto, o parece biē. Vt non decet imperatorē vnà ire cum amica in via. Iungitur datiuo. Terentius. Imò hercle ita nobis decet. Cice. quando q; id deceat prudentiæ tuæ. Plautus. Huic decet. Dedecet. (no pareſce bien.) Cic. oratorem verò iraſci minimè decet, ſimulare non dedecet.

*Teren. in Adelph. act. 5. ſc. 3. & act. 3. Ci, in oratore. Plau. in Bacchi. act. 4. ſc. 4 Cice. li. 4. Tuſcu.*

## Caput. 32. De quarto verborum imperſonalium ordine.

VErba huius ordinis efficiũtur imperſonalia, cum iungũtur infinitiuis verborum imperſonalium quinti ordinis, & ſunt quæ ſequũtur.

Incipit, deſinit, poteſt, ſolet, debet.

Infinitiui quibus iunguntur ſunt. Tædere, pœnitere, pudere, pigere. Cum quibus habent hãc Syntaxin, perſona, quam piget ponitur in accuſatiuo, Res cuius tædium habemus in genitiuo. Vt incipit me tædere vitiorum. Ita docet Antonius

*Anto. li. 4 c. 7.* Nebriſſenſis ex Laurentij præcepto ſumptũ. Quintilianus. Pœnitere eum ſui

*Lau. li. 3. c. 46.* facti poteſt. Cice. cuius autoritatis neminẽ poſſet pœnitere. Ceterũ ſi adhærent alijs

*Quinti. de cla. 3.* infinitiuis, nihilominus verba ſũt imperſonalia; vt incipit pluere, ſine virtute ad

*Cic. de Aruſpicũ reſponſis.* ſummum bonum perueniri non poteſt. Terentius. tot res vndiq. circumuallãt, vnde emergi non poteſt. Quintilianus.

*In Adel. act. 3. ſc. 2.* Neque enim niſi præcedẽtibus initijs, ad ſumma perueniri poteſt.

## Caput. 33. De quinto verborum imperſonalium ordine.

Re-

REgunt huiuſmodi verba poſt accuſa tiuum genitium, vel infinitiuum, & ſunt hæc.

| | |
|---|---|
| Pœnitet. | Peſar. |
| Piget, & pudet. | Auer verguença. |
| Tædet. | Tener faſtidio. |

Miſeret, miſereſcit, commiſereſcit. (Hauer miſericordia) Terentius. Credo ipſam Bacchidem ſi adeſſet ibi eius commiſereſceret. Idem, atque inops tunc te miſereſcat mei. *Ter. in Hecy. ac. 1. ſc. 2.* *Idẽ in Heau. ac. 5. ſc. 4.*

### Caput. 34. De verbis imperſonalibus vocis paſsiuæ.

QVatuor ſunt de huiuſmodi verbis ſcrutanda, Definitio, Syntaxis, Origo, ſignificatio.

Verbũ imperſonale paſsiuæ vocis eſt, quod habet figuram tertiæ perſonæ paſſiuæ vocis, vt curritur, currebatur curſum eſt.

Conſtruitur cum ablatiuo tam numeri ſingularis quàm pluralis & præpoſitione, a, vel ab, & cum caſu verbi perſonalis vnde deſcendit, ſi regit datiuum. Cicer. conſuli te à Cæſare ſcribis. ſed ego tibi ab illo conſuli mallem. Vltimum conſuli eſt imperſonale. Plinius. Credo prouinciales intelligent, à me proſpectũ *Cic. lib. 7. ep. 11.* *Pli. li. 10. ep. 19.*

 ſibi.

*Cæſar.li.* 1 ſibi Cæſar .trepidatur Cæſare, hoc eſt
*Belli ciuilis* obuium apud autores.
*Cic.li.* 1.*de* Veniũt à verbis actiuis, neutris & depo
*orato.* nẽtibus. Ab actiuis. Cic. quoties enim di-
*Idem lib.* 1 cimus, toties de nobis iudicatur. Hiſ. (iuz
*offi.* gan) Idẽ in exiguum anguſtumq; conclu
*Ver.Ec.*3 ditur. Hiſp. (meten.) cõcludo enim actiuũ
*plau.*ĩ *pſeu* eſt. Verg. parcite oues nimiũ procedere,
*act.*1.*ſc.*3. non bene ripæ creditur. Plau. Quid agi-
tur Calidore? Cali. amatur, atque egetur
*Ci.li.*1.*of* acriter. Ci. Deinceps vt erat ꝓpoſitũ d̃ be
*fi.* neficẽtia & liberalitate dicatur. Multa alia
*Sallu.in Iu* exẽpla obuia tibi libros euoluẽti erũt vbi
*gur.* inuenies verba impersonalia ab actiuis.
*Terẽ.*ĩ *He* A deponẽtibus rara inueniũtur. Salu-
*cy.ac.*1.*ſc.* ſtius. Ab ijs legatis ſummopere enixum
3. eſt, ne tale decretum fieret. Terentius. Mi
*et in Heaut* ſeritũ eſt. Cœlius apud Ciceronẽ. ſic mul-
*act.*2.*ſc.*2. tum ac diu ludetur, atque ita diu, vt plus
*Gel.lib.* 8. bienniũ in Hiſtricis moretur. Liuius, Pri-
*cap.* 5. mo tumultuatum in Leontinis apud mi-
*Liu.li.*24. lites fuerat.

A neutris frequentiſsima ſunt & fre quentiora ab abſolutis.

*Terẽ.in He* Habent ſignificationem actiuam om-
*au.ac.*4.*ſc.* nium perſonarum vtriuſque numeri. Te-
4.*idẽ* ĩ *He* rentius. Eatur, ideſt, eamus. Hiſp. (vamos)
*act.*2.*ſc.*3. Idem iam primũ omniũ vbi ventum ad

ædes

ædes eſt,id eſt. vbi venim⁹. Hiſ.(deſpues) q̃ venimos.)Ibāt nāq; Syrus & Dromo.

Caput.35. De infinitiuis.

ANtequã ad hui⁹ capitis interpretationē deuentamu ,dignū duximus,docere quibus modis capitur infinitiuus. Qui ſeptem modis inuenitur in lingua latina.

Primo modo pro preterito imperfecto indicatiui. Terēt: Cum id mihi placebat tū vno ore omnia bona dicere,laudare fortunas meas. quod apud poetas & hiſtoricos freqnēs eſt.hoc dicendi genus oratores nō formidarunt. Cic. ſtudia mihi eorū placere.idem,conſilium totum videri minimè neceſſariū. Idem, ſtomachari Caninius,ſed quid faceret? Plinius Iunior. Te paruuli noſcere,oſtētare iuuenes, mirari ſenes. Hoc cōtra grãmaticorū opiniones in noſtra annotationū Sylua monuimus. Te.in An. act.2.ſc.1. Cic.lib. 3. epi.8. Idē.ibidem idē.l.3.of. Pl.in panegy.

Secundo modo ponitur loco nominis vt illud tritum & vulgare exemplum Perſij quod ab omnibus circunfertur. Scire tuum nihil eſt.pro ſciētia tua. Cic. ipſum quidem illud peccare. quoquo te verteris,vnum eſt,id eſt ipſum illud peccatum, quod oratorium eſt. Ci.in Para 3.

Tertio modo pro gerundio ſubſtantiuo in di, ad imitationem Græcorum per

*Verg.li. 2 Aeneid.* Hellinismū. Vergilius. ſed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros, & breuiter Troiæ ſupremum audire laborem. cognoſcere, pro cognoſcendi dixit, & audire pro audiendi. ita in ſacris, neſcis, quia poteſtatem habeo dimittere te, & crucifigere te, pro dimittendi & crucifigendi.

*Pompo. li. 2. cap. 1.* Quarto modo, pro gerundio accuſatiui in dum, aut primo ſupino. Pomponius Mela. potari pulcherrimus. ita in ſacris non venio ſoluere legem, ſed adimplere. pro non venio ſolutum aut adſoluendū. & illud, ſedit populus manducare pro ad manducandum.

Quinto modo pro participio præſentis temporis. Vergilius. Phyllida amo ante alias, nā me diſcedere fleuit. pro me diſcendente, quod licentia poetica eſt dictum.

Sexto modo pro præſenti ſubiunctiui modi. *Ver. Ec. 2* Vergilius. Iam pridem abducere à me Teſtilis orat. id eſt, vt abducat. ait Seruius vt donat habere, pro vt habeat.

Septimo modo in ſua natura, de quo annotanda ſunt quatuor. Definitio, Etymologia, Syntaxis, Regimen.

Infinitiuus eſt pars verbi indigens altero

tero verbo, vnde determinetur, vt volo legere.

Deſcendit ab in, quæ in cõpoſitione ſignificat, nõ, & finitiuus, inde infinitiuus quaſi incertus: non enim poteſt oratio in infinitiui ſola perfectũ ſenſum perficere ſine alteri⁹ verbi adminiculo, vt dictũ eſt.

Infinitiuus actiu⁹ poſcit accuſatiuũ à frõte pro perſona agenti, poſt ſe caſum verbi vnde deſcendit, vt pium eſt homines miſereri pauperum.

Infinitiuus paſsiuus poſtulat accuſatiuum ante ſe perſonæ patientis, & poſt ſe ablatiuum cum præpoſitione, a, vel, ab, perſonę agẽtis. vt pium eſt homines amari ab hominibus.

Quæ Syntaxis violatur in infinitiuis, qui iũgũtur verbis principij, medij, finis, & potentiæ, vbi accuſatiuus debet verti in nominatiuum. Vt incipio legere Vergiliũ, Vergili⁹ incipit legi à me, Poſſum audire Laurentium, Laurentius poteſt audiri à me. Et in infinitiuis verborum ſubſtantiuorum, reciprocorum & vocatiuorũ, in quib⁹ eſt ſeruãda hæc regula. Si præceſſerit nominatiuus, ad quẽ reſpiciat verbũ infinitiuũ, ſequetur nominatiuus, vt ego volo eſſe doctus, tu vis vocari ſapiẽs.

Si

Si præceſſerit obliquus ſequetur accuſatiuus, vt mea intereſt ſcribi magiſtrum, diſcipuli refert haberi honeſtum.

*Quin. li. 3. cap. 8.* Si obliquus eſt datiuus, ſequitur idem datiuus vel accuſatiuus. Quintilianus an illi accidat bono viro eſſe vel malo. *Te. in Heau. ac. 3 ſc. 4.* Terētius. Expedit bonas eſſe vobis. *Ti. Li. li 1. bel. Punici.* Titus Liuius. Vobis neceſſe eſt, fortib⁹ viris eſſe Idē ibidē. Illis timidis & ignauis licet eſſe. *Cæ. li. 6 Bell. Gall.* Cæſar. quib⁹ licet eſse fortunatiſsimis. In verbo videor ſequitur nomina. nō datiu⁹.

Si verò nō præcedat nominatiuus quē reſpiciat infinitiuus, accuſatiuus ſequetur, vt bonū eſt eſse iuſtos: quāuis poetæ *Luca. li. 6. in fine.* aliquando aliter ſcribunt, vt Lucanus. Tu tumq; putauit iam bonus eſſe ſocer, pro *Oui. li. 13 Meta.* bonum ſocerum. & Ouid. ſed enim quia retulit Aiax, eſſe Iouis pronepos. pro ꝓnepotē. Rarus eſt hic dicēdi modus apud oratores. Vt illud Vatinij ad Ciceronem, *Cic. libr. 5. epi. 9.* dicitur mihi tuus ſeruus Anagnoſtes fugitiuus cum Vardeis eſſe. Pro tuum ſeruū, niſi velimus reſpōdere, ſeruus regi à verbo dicitur. vt in hac oratione & ſimilibus Videtur Petrus eſſe bonus. In illis autē orationibus in quibus eſt datiuus ex vi acquiſitionis, ne ad eum reſpiciamus, ſed ad nominatiuū, vt ſpero tibi eſse fidelis

lis;ſic docet Laurentius.

Aliquando infinitiuus per Hellniſmō regit nominatiuum. Terentius, quam honeſte in patria pauper viuere. Ouidi. ſeu pius Aeneas, ſeu fortis Vlyſſes, ſeu gen⁹ Adraſpi arripuiſſe ferunt. Determinatur à tribus partibus orationis, à verbo, nomine, & participio. à verbis linguæ, vt aio, dico, ferunt, fertur, prædico.

*Laur. li. 3. cap. 23.*
*Teren. in And. act. 1 ſc. 1.*
*Ouid. li. 5. Faſtorum.*

A verbis potentiæ, vt queo, valeo, poſſum.

A verbis animi, vt cupio, volo, ſcio, intelligo.

A verbis quinque ſenſuum, vt video, ſentio, audio.

A verbis principij, vt incipio, inchoo:

A verbis medij, vt pergo, debeo, ſoleo.

A verbis finis, vt deſino, finio, omitto.

A verbis obligatiōis, vt debeor, teneor.

A verbis imperſonalibus vocis actiuæ. vt oportet, decet audire, & ab alijs verbis vt Plinius: ad occaſum feri damnauit.

*pli. li. 17. cap. 2.*

A nomine regitur tantū adiectiuo, vt tumidus, auidus, cupidus, dignus, à ſubſtātiuo nunquā. nam, ibi, fas eſt, nefas, opus, res à verbo ſubſtantiuo determinatur.

A participio, vt timēs, cupiēs nauigare.

Illud eſt aduertendum, infinitum veniē

Item à verbo determinante infinitiuum poſſe regere alterum infinitiuum. Terentius. Me miſerum, non licere meo modo ingenio frui. Verg. me ne Iliacis occumbere campis non potuiſſe. Spero me amare bonas literas, latina eſt locutio. Teren. ſpero me habere. Quint. vt animaduertere vos ſpero.

*Teren. in Heau. act. 2. ſc. 4.* *Verg. lib. 1. Aeneid.* *Terent. in Eunu. ac. 3 ſc. 3.* *Quintil. in Ciladia.*

## Caput. 36. De circuitionibus infinitiuorum.

CIrcumloquium dictio eſt à Grammaticis excogitata, quibus voces fingere ad docendum ſuam artem, licet, autore Cicerone. Permittamus ergo illis dicere, Gerundium, ſupinum, circunloquium, & alia huiuſmodi, quæ quanuis latina non ſunt, rectè ſunt ficta & cogitata, vtuntur namque Grammatici quemadmodum cęterarum ſcientiarum profeſſores, verbis ſuis ac priuatis.

*Cic. li. 3. de Fini. in principio.*

De circunloquijs igitur duo ſunt aduertenda, Definitio, Diuiſio.

Eſt oratio facta per periphraſim & ambages, vt compertum eſt, exploratũ eſt, pro ſcio.

Eſt duplex, voluntariũ & neceſſarium. Voluntariũ eſt, quo liberum eſt nobis

vti.vel non;vt non me latet,non me præterit vel ſcio,ſentio,intelligo. Et etiã illæ circuitiones quæ fiunt per facio,vt, in bonũ & affirmãdo,ſic fac vt leges, & per cõmitto vt,negãdo,ſic,ne cõmittas,vt erres, quas phraſes ſine circuitione ita poteris enunciare,lege,ne erres, ideoque dicũtur voluntariæ.

Neceſsariũ quo vti neceſſe, quæ ſunt in paſsiuo decem. In indicatiuo tria, præteritum perfectum,pluſquam perfectum & futurum perfectum. Totidem in ſubiũctiuo. In optatiuo duo. In infinitiuo totidem præteriti & futuri. In præſentia agẽdũ eſt de futuri circuitionibus, qđ habet quatuor in actiua,& totidem in paſsiua. Primũ actiuæ vocis eſt per participij futuri neutrã terminatiõẽ amaturũ,quæ olim ſeruiebat oĩbus generibus vtriuſq; numeri,vt credo inimicos meos hoc dicturũ,hodie eo nõ vtimur,quãuis latiniſsim⁹ Plautus ſic loquitur,per oẽs Deos & Deas iurauit,hac eũ nocte occiſurũ, qui cũ cubaret. Loquitur de ancilla volẽte ſenem Stalinonẽ occidere. Idẽ. Altero te occiſurũ ait, pro occiſurã. Aulus Gel. affirmat, vocẽ infinitiui propriam non circuitionẽ eſſe.

*Plaut. in Aſina. ac. 3 ſc. 5. idem in eodem loco.*

*Aulus Gel. li. 1. cap. 7*

Secunda circuitio eſt, per participium

futuri

futuri in rus, in accuſatiuo vtriusque numeri, & verbum eſſe, ſic amaturum, amaturam, amaturum, & amaturos, amaturas, amatura eſſe, quę communis eſt & elegans, & loco eſſe apud Ciceronē pro Milone habet fuiſſe. Vtrum putatis factuȓũ fuiſſe? & hic ſignificatio erit præteriti. Hiſpa. (que lo auia de hazer) ſic apud hũc in alijs locis.

*Laurẽ li. 1 ele. ca. 18.* Tertia eſt per idem participium & verbum fore, ſic, amaturum, amaturam, amaturum, & amaturos, amaturas, amatura fore. Laurentius tamen negat dici, cæterique grãmatici. Ciceronem, ſic locutum inuenio. *Ci. pro Milone.* Viuo Publio Clodio, nihil horũ vos viſuros fore. *Cic. lib. 5. ad Atticũ* Idem Cic. deinde addis ſi quid ſecus te ad me fore vẽturum. *Idem li. 3. epi. 13.* Idẽ. Quaſi diuinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum ſtudium tuum. Doctiſsimus Thomas Linacrus putat, tunc Enallagẽ fieri & poni fore pro eſſe. Vtendum cenſet moderatè. *Lina. lib. 6 de emenda ta ſtructura.*

Quarta eſt per primum ſupinum & infinitiuũ ire, vt amaturũ ire, quam lumen Grammaticorum ac fax ſplendidiſsima Antonius Nebriſſenſis docet, ſimul cum Priſciano, quibus refragatur Laurentius, ait namque aliud eſſe amatum ire, aliud amatu- *Anto. li. 4 cap. 8. Priſc. li. 9. Laurẽ. li. 1 cap. 29.*

amaturum eſſe. Cæterum quid reſponde bit circuitioni paſsiuæ amatũ iri quæ frequens eſt? Reſpondemus in actiua nõ inueniri ſpero amatum ire Deum, ſed amaturum eſſe Deum, in paſsiua obuia eſt.

Totidem habet in paſsiua, ſic amandũ, quę reſpondet primæ actiuæ, qua nõ vtimur, & amandum, amandam, amandum, & amandos, amandas, amanda eſſe, quæ reſpondet ſecundæ actiuæ, frequens eſt, & amandum, amandam, amandũ, & amãdos, amanda, fore, quę rara, & amatum iri quæ communis eſt.

Illud eſt annotandum, ſi verbũ caruit ſupinis, tum namque caret participio futuri per quod debet fieri circuitio, oportere talẽ orationẽ per fore & ſubiũctiuũ cõfici. Vt (creo los eſtudiãtes auer de apͤnder la Grãmatica.) quoniã dico caret ſupino, ſic cõpones: Credo fore vt ſcholaſtici diſcãt grãmaticã, ſic loquitur Cicero. Erã quippe in ſpe magna, fore vt in Italia poſ ſem⁹, aut cõcordiã cõſtituere, fore vt poſſemus dixit, nã poſsũ caret ſupinis, & ſic in compoſitis a ſum, es, fui, & multis alijs poſſunt & huiuſmodi orationes in verbis actiuis per futu. vocis paſsiuæ cõfici vt in poſco vt cęteris, vt ſpero librũ à me poſcẽ *Cice. 8. ep. 15. ad Atti.*

dũ eſſe.

## Caput.27.De gerundijs.

ILlud in primis docẽdũ eſt, gerundium non eſſe dictionem latinam. Grãmatici profitentur, dici à gero, geris, & duo duæ, duo, quia gerit duo, ſignificationem & conſtructionem verbi vnde deſcendit. Fuit nomẽ impoſitum ad ſignificandam partem illam verbi, quæ habet accidẽtia nominis, quam nomẽ participiale appellare libet, quoniã partic:pio ſit quã ſimillima. De qua duo ſunt docẽda, Definitio Diuiſio.

Gerundium eſt pars verbi, accidentia nominis habens, inclinatur enim & habet genera & caſus, vt nomẽ, & ſeruat ſignificationẽ verbi, vnde deſcendit, vt participium, hacque de cauſa nomen participale vocamus.

Eſt duplex, ſubſtantiuum & adiectiuũ. Nunc de ſubſtantiuo, de quo vidẽda ſunt quatuor. Quot genera, numeros & caſus habeat. Quid regat, vnde regatur, quid ſignificet.

Habet vnum genus neutrum, vnum numerum ſingularem, quinque caſus, ſicque inclinatur. Nominatiuus. Amãdum.

Cum

Cumpleamar, o he de amar-

Genitiuus. Amandi. De amar y ſer amado.

Datiuus. Amando. Para amar y ſer amado.

Accuſatiuus. Amandum. Amar y ſer amado

Ablatiuus. Amando. En amando y ſiẽdo amado. Regit caſus verbi vnde deſcẽdit. vt Quint. Euincẽtibus etiã vitijs cedẽdũ eſt. Vitiis datiuus eſt, regitur a gerũdio nominatiui, cedẽdũ. Idẽ Quinti. Sed, hoc exercitatione multa cõſequẽdũ. Cõſequẽdũ gerundiũ ẽſt nominatiui, non poteſt eſſe participium, quia ſubſtãtiuo caret. Idẽ dicẽdũ in illo verbo neutro cædẽdũ, nec poteſt eſſe verbale nomẽ, quoniã ſenſum nõ perficit. Idẽ Quinti. & cũ cura intuẽdũ genus. Idẽ Quintilianus, nõ tamẽ, id vt crimẽ ingẽs expaueſcẽdũ. Cice. Poſcit, dandum eſt, vocat, veniendum, eijcit, abeundum: minatur, extimeſcendum. In quibus teſtimonijs, & alijs multis fatendum eſt inueniri gerundium nominatiui. Cic. adoleſcẽtibus paulo loquacioribus ſeruiẽdũ eſt. idẽ Cic. illud tamen breui cõfitẽdũ eſt. M. Varr. loca quo trãſeas idonea, puidẽdũ. Idẽ Varro. Colligẽ-

*Quin. li. 8. cap. 3.* *Quin. li. 5. cap. 10.* *Quin li 5. c. 10.* *Idem li. 9. cap. 4.* *Ci. Para. 5* *Cic. ibidẽ.* *M. Varro li. 3. c. 16.* *M. Varr. ibi.*

 dum

dum eas in vas aliquod & reponendum in tecto loco.

In gerundio nominatiui à verbo actiuo elegantius ac vſitatius loquemur, per gerundiũ adiectiuũ. Vt legendum eſt Terentium. rectius legendus eſt Terentius.

Gerundium datiui regit quoque caſum, vt aptus ſum ferendo clypeum. Plautus. Ego relictis rebus Epidicum quærendo operam dabo. Idem Plautus, Ecce nos lauando eluendoque operam dederunt. Verg. ſimul aptat habendo enſenq; clypeũque, habendo gerũdiũm eſt datiui, nã apto non regit ablatiuum ſed datiuum. Vt idẽ. Mutemus clypeos, Danaũque inſignia nobis aptemus, nec poteſt dici eſſe gerundium ablatiui abſolutum, mutabis nãque poetæ ſenſum, ſi recte carmen inſpicis. Elegantius autẽ loqueris per adiectiuũ quęrendo Epidico, lauandis nobis.

*Plaut. in Epidi. ac. 4. ſc. ultima. Idẽ in Penu. ac. 1. ſc. 2. Verg. lib. 10. Aeneid. Idem li. 2. Aeneid.*

Verbũ ſubſtantiuum regit gerundium Datiui huius verbi ſoluo tã adiectiuũ, vt Titus Liuius. Nec tamen ſoluẽdo æri alieno reſpublica eſſet, vbi æri, nõ ære debet legi, vt Vergilij teſtimonio cõſtat, quam ſubſtantiuũ. Vt Cice. Soluendo cum ciuitates nõ eſſent. Quod non regit caſum poſt ſe, non dicitur non ſum ſoluẽdo pecunias,

*Titus Liu. li. 13. Cic. li. 3. ep. 8.*

cunias,& non ſemper adiungt ſibi negationem, iuriſconſulti enim detrahunt. vt. ff. De regulis iuris. l. Nemo dubitat, ſoluẽdo videri eum, qui defendit, &. ff. Qui & à quib⁹ manumiſsi liberi nõ ſint. l. Si mortis tempore ſoluenda ſit hæreditas. ſi tamen cum aditur deſierit eſſe ſoluendo. & in eodẽ titu. l. Generaliter. ſi ſoluendo ſit.

Regitur gerundium nominatiui à verbo ſubſtantiuo, cui adhæret expreſſo vel ſubintellecto. Vt morigerandum eſt magiſtro.

Gerundium genitiui regitur à nomine ſubſtantiuo ſignificante rem ſine corpore, vt tempus, occaſio, cauſa. Vergi. & quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi. Quod Gerundium genitiui apud poëtas & hiſtoricos mutatur in infinitiuum vt Verg. ſed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros. pro amor cognoſcendi. Salluſtius. Quibus in otio, vel magnifice, vel molliter, viuere copia erat, pro copia viuendi. *Ver. ecl. 1* *Verg. li. 2 Aeneid.* *Salluſt. in Iug.*

Regitur etiam à nomine ſubſtantiuo ſignificanti rem corpoream, vt ab his magiſter, arbiter, præceptor, vt in noſtra annotationum Sylua aſſeueramus. Quintilianus. Quanquam apud Homerum pręcepto- *Quint. li. 2 cap. 18.*

ceptorem Phœnicem tum agendi tum et
Idē li. 12 in proœmi. loquendi. Idē Quinti. inſtituebamus oratorem a dicendi magiſtris dimiſſum. Cic.
Ci. li. 1. de Orato. quæ Græci dicendi artifices & doctores reliquerūt. Cætera leges in noſtra ſylua.
Ci. li. 1. de Orato. Regit etiā à quibuſdā adiectiuis vt ſtudioſus, cupidus, princeps. Cic. Et quoniā
idē ibidem. princeps Craſſus ei⁹ ſermonis audiēdi fuit Idē Ci. Tuq; valde ſpectādi cupid⁹ eſſes. Idē tamē me autore nemo dicēdi ſtudioſ⁹

Gerūdiū Datiui a nomine, vel a verbo datiuum regenti, vt do operam colen do agrum, & a verbo ſum, es, fui, quando ſignificat id quod ſufficio aut poſſum. H. poder o baſtar, vt non ſum ſoluēdo. Hiſ. (no baſto no puedo pagartelo.) Male du
Li. 1. c. 17 bitauit Laurētius Datiuus ā ablatiuus eſ
Ver. li. 1. Georg. ſet, qui eſt datiuus manifeſto. Verg, Quæ cura boū quis cultus habendo ſit pecori.
Cice. 4. in Verrem. Gerundium accuſatiui ab his præpoſitionibus ad, ob, propter, inter, ante. Cice.
Cice. li. 1. epi. 13. ad Atti. ob abſoluēdū acceperis. Idē Cic. Qui ob iudicādum pecuniā accepiſſent. Vergil. inter agendum, ſic inter cœnandum, quas
Verg. Eglo. 6 honeſtas locutiones putat Seruius.

Ablatiui vero ab his, in, de, e, ex, cum, a, ab, ante ſe nullum caſum regūt: huiuſmodi enim orationes non ſunt latinæ, in
docen

docendo magiſter Ciceronem ibimus in agrum. Nec illæ, in cōuertendo dominus captiuitatē Sion: quæ per ſubiūctiuū ſic debēt confici. Cū conuertat dominus aut cū doceat magiſter, aut per ablatiuum abſolutū ſic, conuertente domino, aut docēte magiſtro, aut poſtquam conuerterit.

Nec poſt ſe regunt nominatiuum, hæc enim oratio nō eſt latina. Tenetur auarus cupiditate euadēdi diues. Eſt mihi deſiderīū dormiendi ſecurus. Sed per ſubiunctiuum ſic. Teneor cupiditate vt euadam diues, & eſt mihi deſideriū vt dormiam ſecurus, ſunt enim orationes reciprocæ, & non poſſunt per gerundia perfici. Quanquā dicimus viuo lætus, non dicemus eſt mihi cura viuēdi lætus, ſed vt viuā lætus.

Significant id quod verbum, vnde deſcendunt, præter gerundium nominatiui, quod ſignificat actionem cum neceſsitate. Donatus in Eunucho. Ibi faciēdum fuit, ſic docet legendum, faciendum, ſcribēdum totū hoc ſemper neceſsitati adiungitur. Vt vtēdū eſt ætate. i neceſſe vt vtamur ætate (auemos de vſar de la edad) Don. act. 1. ſc. 1.

Gerundium genitiui & datiui à verbis actiuis etiam ſignificat paſsionem. Cicer. Atque hæc quidem cauſę diligendi grauiſ Cice. lib. 2. offi.

ſimæ diligendi.i.vt diligamur. Dat enim ibi Cicero præcepta quomodo quis ametur. Idem, in his rebus aut amiſsis aut in periculo amittendi.i.vt amittantur. Ouid. Pretiumque vehendi cantat. i. vt vehatur: plura teſtimonia leges in nr̃a ſylua.

*Idē in Topi. Ouid. lib. 2. Faſto. Plin. li. 13 cap. 12. Terē. in Adel. act. 4. ſc. 6. Idem in Adel. act. 2. ſc. 2.*

Gerundium datiui rarius inuenitur ſignificare paſsionem. Plinius. Emporetica inutilis ſcribendo.i.vt ſcriberetur.

Gerundium ablatiui aut inuenitur abſolutum, aut rectum. Qn̄ãdo abſolutum ſi ſignificat actionē, explanatur per præſens indicatiui modi. vt legendo, audio, i. dum lego. Terent. Defeſſus ſum ambulãdo.i.dum ambulo. Hiſp. (Andando, o de andar). Idem. Ego vapulando, ille verberãdo vſq; ambo defeſsi ſumus.i.dum ego vapulo, & ille verberat.

Si ſignificat paſsionem declaratur per præſens indicatiui modi vocis paſsiuæ. Quintilia. Sed ipſa ſicut alia omnia excolendo augetur.i.dum excolitur.

*Quint. lib. 11. c. 2.*

Si inuenitur rectũ, explicatur per nomina verbalia. Quintilia. Nam ſcribendi ratio iuncta cum loquendo eſt. i. cum locutione ex defendendo quam ex accuſando maior gloria comparatur.i.ex defenſione quàm ex accuſatiõe. Hiſ. (declarabi

*Quint. lib. 1. cap. 4.*

rabitur per infinitiuum,(del defender,del acuſar.)

Illud eſt præterea conſiderandum, genitiuum gerūdij ſingularis optime & frequētiſsime poſſe iungi genitiuo plurali cum his tribus pronominibus, nos, vos, ſe, vt nullus eſt mihi labor iuuandi vos aut veſtri. Omnia animalia habent deſideriū ſeruandi ſui, aut ſe, & aliquando alijs genitiuis, ſed raro. Cicer. Iſti magiſtri dicendi omnium præceptores. Idem. Fuit exemplorum eligendi poteſtas. Pla. Nominandi tibi iſtorum magis erit, quàm adeundi copia, pro nominandi iſta. Terent. Noua rum qui ſpectandi faciunt copiam. Suet. Tranqui. Exacta iocandi licentia diripiēdique pomorum & obſoniorum. Cum his genitiuis noſtri, veſtri. Sui vulgo iungitur genitiuo pluralis numeri, vt Cicer. Dolebis tamē Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe. Sui, vt docet eruditiſsimus Antonius, genitiuus eſt pluralis, quia ad Stoicos refertur: ſic Liuius dixit adhortandi noſtri.

*Ci. li. 4. ad Heren.* *Idem li. 2. de Inuē. in prooe.* *Plaut. in Capti. act. 4. ſc. 1.* *Terent. in Heau. prologo.* *Sueto. in Augu. ca. 98.* *Ci. li. 2. de diui.* *Antonius in commē. 4. c. 9.*

## Caput. 38. De gerundijs adiectiuis.

EA quæ de ſubſtantiuis ſunt docenda. Habēt omnia genera, numeros & caſus, nihil regunt præter caſum ſingularē. Vt. Ti. Li. Aemilius dandi agri plebi fuit autor, vnde latine dicit illud in ſacris: Ad dandam ſcientiā ſalutis plebi eius. Itaque dicemus veni ad dādam eleemoſynā pauperibus. Verū caſū generalē, id eſt, ablatiuū cū præpoſitione à vel ab, nō regūt. Nō dicitur eſt cura legendæ lectionis à me.

*Titus Liuius. 3. ab urbe condi.*

Reguntur à dictionibus vnde gerūdia ſubſtantiua. Colum. Dum modo perpetiendo labori ſit idoneus.

*Colu. lib. 2 cap. 3.*

Significant paſsionem præſentem, vt liber legendus. i. qui legitur, audiēdus Cice. i. Cicero qui auditur.

Ingerundio accuſatiui cum his verbis loco, duco, mando, curo, habeo, do, trado, permitto. ſuſcipio, præbeo, ſuperſedimus præpoſitionibus illis, Ad, ob, propter, inter, ante, vt locaui homines faciendā domum. Plidentes lauandos fricandoſque præbebat. Quintilianus. Vel vt inſtitutor quidam eloquentiæ intuendum & pertractandum dabit. Oui. De Cecrope natis ſeruandam dederat.

*Plin. Lib. 8. epi. 18. Quinti. li. 8. cap. 3. Ouid. lib. Meta.*

Gerundium ablatiui non iungitur verbo ſignificanti motum de loco, non enim dicam

dicam. Cum reuertebar a cœnando, magiſtro obuiꝰ fui. Sed, cũ reuertebar a cęna

Cum verbis ſignificantibus motum animi recte iungitur. Vt Pli. Intantum a lorica gerenda diſceſſere mores. Cicero. Vt Pythagoras, Democritus, Anaxagoras, a regendis ciuitatibus totos ſe ad cognitionem rerum tranſtulerunt: Idem Cicero. Non omnino a defendendis hominibus ſubleuandisque diſcedere. Titus Liuius. libr. 23. belli pu. in princ. Ab vrbe oppugnanda pœnum abſterruere conſpecta mœnia. Titus Liuius, Verbo ſignanti motum corporis iungit. Literæ autem erant adhoratione plenæ, profectionem ſuam, quæ ſalutaris illis foret, abſtracturum ad defendendum Romam, ab oppugnanda Capua. dices igitur, non diſcedam a colendo magiſtro. Non transferam me a diſcenda Aſtrologia, ad legum peritiam. Cauendum eſt in gerundio genitiui ne faciamus Cacophoniam, i. malam ſonoritatem. Tunc namque elegantius loqueris per ſubſtantiuum. Vt vigilo docendi ſcholaſticos meos cauſa. Rectius quam docendorum ſcholaſticorum meorum cauſa. Hæcque fuit ratio quare antiqui (vt ſupra docuimus) geni

Pli. li. 11. cap. 23.
Ci. li. 3. de Orato.
Ci. acto. en Verrem. 2.
Ti. Li. li. 6. Bc. Pu.

genitiuo ſubſtantiuo ſingulari genitiuũ pluralem iungebãt. Vt dicendi omnium ille præceptor. quãuis Cicero non ita hãc locutionem formidauit, cum dixit, in præcipiendis rationibus conſtituẽdarũ & regendarum rerumpublicarum.

*Cic. li. 1. de Orato.*

Regũtur gerũdia adiectiua ab omnibus Verbis actiuis & deponẽtibus tertij ordinis. Et à neutris aliquãdo, vt īuenies apud Cice. in adeũdis periculis dixit ab adeo. is. verbo neutro. & Colum. in arandis agris,

*Ci. li. 1. offi. Colu. li. 2. c. 4.*

Illud præterea eſt conſiderandum, gerundium adiectiuum appellari à Priſciano nomina adiectiua & recte: nam ſicut participia tranſeunt in nomina amiſsione constructionis, ſic hæc cum non habeãt caſum poſt ſe, ideo (vt docuimus) nomina dicentur.

*Priſc. li. 8 de temporibus uerborum.*

## Caput. 39. De hac voce in, dus.

NOn ab re mihi viſum eſt docere quotuplex pars orationis eſt hæc vox in dus. Eſt enim gerundium adiectiuum nomen verbale, participium. Quando eſt gerundium adiectiuum ſignificat paſsionem præſentẽ, explanatur à grãmaticis per

per præſens indicatiui modi vocis paſsiuæ, vt legendus liber. i qui legitur. Cice. In eoque excolendo ſita vitæ eſt honeſtas, & in negligendo turpitudo. ideſt dũ excolitur & negligitur. *In prolo. li. 1. offi.*

Eſt participium futuri, ſignificat paſſionem futuram, declaratur per futurum imperfectum indicatiui, vt liber legendus. i. qui legetur, & tũc admitteret poſt ſe ablatiuum, vel datiuum perſonæ agentis, vt liber legendus mihi, vel à me optimus eſt.

Quando eſt nomen verbale, exponitur per dignus, & infinitiuũ paſsiuũ, vt opus conſeruandum. i. dignum conſeruari, vel quod conſeruetur. Aliquando interpretamur per debeo, bes, & infinitiuum paſſiuum, vt commoti animi potius ſunt fleɛtendi, quàm frãgendi: & tunc poteſt regere datiuum, vt hic liber audiendus mihi eſt, non tibi. Cice. Itemque magis eſt ſecundum naturam pro omnibus gentibus ſi fieri poſsit conſeruandis aut iuuandis maximos labores, moleſtiaſque ſuſcipere. i. pro gentibus quæ debent ſeruari & iuuari. *Li. 3. officiorum.*

## Caput. 40. De ſupinis.

Ad hoc caput abſolute enucleandum tria ſunt diſquirenda, Definitio, Etymologia, Diuiſio.

Eſt pars quædam deducta a verbo finita in vm, & in, v. Si me interrogaueris, quæ pars orationis eſt, quanquã de nomi
Li. 1. ca. 8. ne non ſum anxius, ſcito à Quintiliano Verba participalia vocari. i. dictiones participiales.

Etymologia huius vocis varia eſt apud autores. Nos tamen dicimus hoc nomen eſſe inditum ad arbitrium primi nomenclatoris. Illud autem ſcies, ſupinus, a, m, ſignificare faciem cælum verſus habẽtem. Hiſp. (coſa que tiene la cara arriba, o que eſta boca arriba) Iuuenalis. Cubat in
Iuue. Saty. 3. faciem, mox deinde ſupinus. Inde per trãſlationẽ ſignificat octoſum, negligẽtem.
Iuue. Saty. 1. Iuuenalis. Et multũ referẽs de Mœcenate ſupino. Et quia ſupina ſunt in calce toti⁹ cõiugationis ideo ſic dicta, aiunt aliqui, quia vident ſupra ſe totam coniugationẽ quemadmodũ qui habet faciẽ cælum verſus, videt omnia quæ ſupra ſe ſunt. Illud eſt aduertendum ne in noſtrorũ Hiſpanorum ſimus errore docentium, ſupinus ſignificare id quod Hiſp. dicitur (los cõpañones) cum latine dicatur teſticulus.)

Eſt

Eſt duplex. Prius &poſterius. Nunc autem de priori agendũ. de quo tria ſunt aduertenda, Syntaxis, Significatio, Regimen.

Regit caſũ verbi vnde deſcẽdit, ſignificat actionẽ, niſi ſit à verbis neutris paſsionẽ ſignificãtibus. Vt eo venũ, vapulatũ. (Voy a ſer vendido, voy a ſer açotado.)

Regitur a verbis ſignificantibus motum, aut patentem vt eo, vado, confero. Terentius. Abeunt lauatũ, perſtrepunt. Aut latentem, vt do, admitto, accerſo. Terentius. Accerſitur lauatum interea virgo.

*Teren. in Eunu. ac. 3 ſc. 5. Terẽ. ibidẽ. act. 5*

Illud eſt intuendum, orationem, quæ fit per primum ſupinum, poſſe cõfici per gerũdium accuſatiui, aut ſubſtantiuum, vt eo auditũ concionem, eo ad audiendũ, cõcionẽ, Aut adiectiuum, vt eo ad audiẽdam concionem. Aut per participium futuri in rus, vt eo auditurus. cõcionem. Pli. li. 7. Epiſt. 4. Deinde cum meridie (erat enim æſtas) dormiturus me recepiſſem. Idẽ li. 9. Epi. 31. cuius tẽpore exacto cõſederat auditurus. Aut per ſubiunctiuũ cũ, vt, eo vt audiã cõcionẽ. eo audire, Græciſmus, vt ita loquar eſt & per Hellinismõ dicitur, eoque vtũtur poetæ, & eccleſiaſtici.

Vt

Vt illud Euangeliographi, Non veni ſol uere legem.

Depoſteriori totidem ſunt aduerten da. Nihil regit, paſsiue ſignificat. Regitur à nomine adiectiuo & ab his ſubſtantiuis, fas, nefas, opus, vt fas auditu, nefas dictu.

Quando regitur à verbis ſignificantibus motũ. vt redeo obſonatu apud Plautum ſignificat actionẽ. Vt (bueluo de cõ prar de comer) quod euenit quãdo eſt ſupinum à verbo deponenti aut neutro, vt cubitu ſurgo apud. M. Catonem. Quanquam alij grammatici aiunt, eſſe nomen verbale, non ſum de nominibus anxius, vocet enim quiſque vt voluerit, dum res ipſa (vt ait Quintilianus) manifeſta ſit. Cicero etiam idem præcipit, cũ inquit, ſed cum intelligatur quod ſignificatur minus laborandum eſt de nomine, Declaratur duobus modis, aut per præſens ſubiũctiuum, aut infinitiuum paſsiuum. Vt res digna dictu. i. quæ dicatur, aut dici.

*Quintil. li. 5. cap. 10. Ci. in Top.*

## Caput. 41. De participij.

VT enucleatius & limatius ea quæ ad participiorũ caput attinẽt, tradamus

mus, ſeptem notabuntur.

Definitio. Etymologia, diuerſitas, Significatio. Et quot participia veniũt à quolibet verbo, Quomodo explanatur, & quibus modis tranſit in nomen.

Eſt pars orationis declinabilis per caſus cum tempore originem trahens à verbo cum debita terminatione.

Deſcendit à pars, tis, & capio, pis, quoniã ex accidentibus quæ habet, partem accipit à nomine, genus, caſum, declinationẽ. Partem à verbo, ſignificationem tempus, conſtructionem. Ab vtroque, numerum & figuram.

Eſt triplex, pręſentis, quod terminatur, in ans, & ens, præteriti quod in tus, ſus, xus, Futuri quod in tus, & dus.

Participium in ans, & in ens, ſignificat actionem præter venientia à verbis neutris paſsionem ſignificantibus, vt vapulans, exulans, & hoc participiũ indulgens cui indulgetur.

Eſt annotandũ (vt docuit Valla.) participium præſentis poni in ſignificatione præteriti actiui. Cic. cũ è Cilicia diſcedẽs Rhodũ veniſſem. i. cũ diſceſsiſſem, quod non memini in alio verbo inuenixi. Participia præteriti ſignificãt paſsionem pre- Valla. li. 2 c. 13. Laur. li. 2. c. 30.

præter ea quæ excipiuntur à Laurētio: quæ ſignificēt actionem.

In ſynedoche ſæpe participia paſsiua ſignificāt actionē apud poetas. Vt Vergi. Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitētes. Quas locutiones per ablatiuum abſolutū loquimur, ſic ſuffuſis lachrymis. Aliquando apud poetas participiū præteriti ponitur pro participio futuri, vt Ver. ſubmerſaſq́ obrue puppes. Lucanus. Cæſoſque duces & funera regū & tot in Heſperio collapſas ſanguine gētes. pro ſubmergendas poſuit. Verg. & Lucanus cęſos, pro cędendos, & collapſas, pro quæ labentur. Idem Lucanus, victis bona ſpes partibus eſto, ideſt, vincendis.

Ver, li. 1. Aeneid.

Luca. li. 5.

Idē. Luca. libr. 2.

Hæc eadem participia inueniūtur pro præteritis imperfectis indicatiui modi vocis paſsiuæ, vt Verg. Et qua vectus Abas & qua grandæuus Alethes, id eſt, qua vehebātur. Idē, auxilioq; leuare viros, vimque addere victis, id eſt, qui vincebantur. ita interpretatur Seruius ibi. Idē Ver. Qualis vbi in lucem coluber mala gramina paſtus, id eſt, qui paſcebatur.

li. 1. Aenei.

Li. 2. Aen.

Participia futuri in rus ſemper ſignificāt actionē, præter ea q̄ veniunt à verbis neutris paſsionē ſignificātib9, vt vapulatur9.

Parti-

Participia futuri in dus à quibuſcũque verbis veniãt, ſignificãt paſsionẽ: quæ participia in rus & dꝰ efficiũtur nomina verbalia, & tũc explanãtur p nomẽ dignus, & infinitiuum paſsiuum vt amãdus. i. dignus amari. Quæ in rus per debeo & infinitiuum actiuũ, vt Lauren. docuit, vt non prętermiſſurus. i. nõ debẽs prętermittere, collaturus. i. debens conferre. Tranſit in nomẽ qñ verbi vnde oritur Syntaxim nõ cõtinet. vt Verg. Niuei quam lactis abundãs, & tũc ſignificationẽ nominis nõ participij admittit, abundãte (nõ el que abũda). Vt amans literarũ eſt: (enamorado de las letras,) non, el que ama las letras. Lau. lib. 1. c. 34.

## Cap. 42. De nominum ſyntaxi.

DE regentibus genitiuum.

Nomina ſunt duplicia, aut ſubſtãtiua, aut adiectiua. Nunc de ſubſtantiuorũ cõſtructione.

Nomina ſubſtãtiua appellatiua quĩtuplicẽ genitiuũ regunt, Actio nis, vt prouidẽtia Dei. Paſsiõis, vt timor Dei. Poſſeſsiõis vt regnũ Alexãdri. Materiæ vt enſis ferri

Ex natura nominis, Omnis vox neutra ſubſtãtiua nominũ adiectiuorũ & pronominum regit genitiuum. Terentius. Ex meo propinquo rure hoc capio cõmodi. Terẽ. i Ennu. ac. 1. ſc. 6.

Adiectiua partiuntur in duas partes, quædam ſimplicem, quædam duplicē caſum regunt.

Nunc de ſimplicem caſum regentibus.

Nomina adiectiua cuiuſdā certæ & peculiaris ſignificationis regunt genitiuū, vt aliqua finita in ger, vt integer vitæ, eger.

Cl. li. 1. of fi. Finita in, ps, vt præceps animi, inops, princeps particeps. Cic. ita maximè vult princeps omnium eſſe.

Aliqua in gus deſinentia, vt prodigus, indigus, largus, præſagus, Verg. Prę́ſaga mali mens, ignarus & inops.

Aliqua deſinentia in, ius, vt inſcius, conſcius, neſcius, præſcius.

Terminata in ax, vt edax, capax, tenax, rapax. Oui. Tempus edax rerum tuque inuidioſa vetuſtas, omnia deſtruitis.

Aliqua in dus, vt cupidus, auidus, in uidus, prouidus.

Verbalia in, tor & trix, ab his deſcēdētia vt amor vxoris, expultrix vitiorum.

Nomina ſuperlatiua & comparatiua, vt velocisſimus animalium lepus, maiorē laudē omnium triumphorū eſt adeptus.

Nomina negatiua diſtributiua, ut nemo nullus noſtrum, vterque ueſtrum, cum unus, & ſolus, & alia vt indocilis cœli

apud Plinium. Pli.li. 1. cap. 25.

*De Datiuum regentibus.*

Significantia facilitatem aut difficultatẽ, vt facilis, difficilis, obuius, peruius clarus, manifeſtus & impar, compar.

Quæ ad voluntatem, amorem commodum, & incommodum pertinent, vt charus, Iucundus, volupis, ſaluber, vtilis, noxius, nocuus, pernicioſus, fidelis.

Quæ aptitudinem dicunt, vt aptus, idoneus, promptus.

Verbalia in bilis, ſignificantia paſsionem regunt datiuum perſonæ agentis. vt virtus præſtat ſe amabilem omnibus, ſic viſibilis.

Quæ dicunt propinquitatem loci, ſanguinis, amicitiæ frequentius regunt datiuum quàm genitiuũ, vt propinquus, proximus.

De *Regentibus accuſatiuum.*

Hæc regunt accuſatiuum propriè & improprie per figurã ſynecdochẽ. vt ſinus collecta fluentes & horridus barbam. Hiſtoricè dicitur horridus barba. Salluſtius. At ex altera parte Caius Antonius pedibus æger, in prelio adeſſe nequibat. In Cati.

Oratoriè loquemur, ille eſt horrida barba & horridæ barbæ, horrida barba

eſt ille habet horridam barbam.

Propriè regunt accuſatiuum nomina in bundus, venientia à verbis regentibus accuſatiuum. Vt populabũdus agros, venerabundus Deũ. Vitabũdus conſulem.

### De ablatiuum regentibus.

Quędã regũt cũ prępoſitione, vt oriũdus à Granata, & nomina numeralia vt ſecũdus à rege, terti⁹ a poſtremo.

Significantia diuerſitatem vt alius, diuerſus, alienus, vt alius a vitiis.

Sine, præpoſitione, vt comparatiua, vt frons occipi tio propior eſt.

Nomina adiectiua regunt ablatiuum ex vi qualitatis corporis & animæ & rerũ extra nos, vt niger ore, lumine luſcus.

### De Duplicem caſum regentibus.

Quæ ſignificant ſimilitudinem, aut cõtra, vt ſimilis, diſsimilis. Cic. Et quodam modo non ſunt diſsimiles Ariſtonis. Diſpar. Cic. Neque haberet in ſe quicquã ad mixtum diſpar ſui atq, diſsimile. Sillius Italicus diſpar animorũ dixit. Par, vt Cicero cuius paucos pares hæc ciuitas tulit. Cõmunis omniũ, & omnibus, & cũ omnibus, ad omnes dicitur genitiuus rarus eſt.

*Ci. li. 4. de fini.*
*Cic. in ſene ctute.*
*Sillius. li. 8*
*Cic. in Piſonem.*

Quæ

Quædam regunt genitiuum & ablatiuum, vt plenus, diues, refertus, vacuus, ſatur, indignus, inanis, expers compos.

Frequentior eſt ablatiuus, rarus genitiuus. Expers elegantius regit genitiuum, rudis omnium & ad omnia, & in omnibus inuenimus, & hebes ad vitam, & in uita, & hebes guſtꝰ.

## Caput. 43. de Ablatiuo abſoluto.

TRia ſunt enucleanda, primum quot requiruntur, vt ablatiuus ponatur abſolute. Deinde quot modis ponatur abſolute. Poſtremo quomodo declaratur.

Tria requiruntur, quod non pendeat aliunde. Quod fiat in pluribus vna dictione quod nō interueniat copula. Si autem dixeris, hic in vna eſſe apud Plinium. Iter commode explicari, excepto quod quidam ex meis aduerſam valetudinem ex feruētiſsimis eſtibus cōtraxerūt. Et Quintilianū, Reperto qđ optimum eſt, & Horatium. Et finire laborem incipias parto quod auebas. Reſpondemus, in huiuſmodi ablatiuis poſſe intelligi antecedens, is, ea, id, excepto eo, reperto eo, parto eo. Soluitur hic ablatiuus quinque modis per cū, vt Iuuenalis, Animante tuba ſero

*pli li. 8. epi. 1.*

*Hora. li. 1. ſerm. Sat. 1.*

*Iuue. Sat. 1.*

*Iuue. ſaty. 1.* galeatum duelli, pœnitet, pro cum animat tuba,

*Iuue. Saty. 3.* Secundo modo per, dum, Iuuenalis. Quot illa nocte patent vigiles prætereunti feneſtræ, pro, dum tu præteris.

*Oui. li. 1. de arte amādi.* Tertio modo per ſi, vt Ouidius. Proximus ad dominam nullo prohibente ſedeto, id eſt ſi nullus prohibuerit.

*Cic. pro Milone.* Quarto modo per quanquam, aut quāuis. Cice. ſi nondum libera ciuitate, tamē populi Romani comitijs liberatus eſt. i. quanuis nōdum libera eſſet ciuitas. Cæterum hoc in loco, ſi aduerſatur.

*Cic. ad Atticum.* Quintò pro poſtquam Cic. Tamen niſi explicata ſolutiōe nō ſum diſceſſurus.

Illud eſt aduertendum, ablatiuum abſolutum raro ſuppoſitum verbo reddere. Non enim dicam docente magiſtro deambulat. Sed cum docet magiſter deambulat.

Dictiones etiam per quas fit ablatiuus abſolutus, poſsunt regere ſuum caſum, vt interpretante magiſtro lectionem. *Cic. lib. 13. Epi. 28.* Cicero. Des operam quod commodo tuo fiat vt te obtinente Achaiam conficiant.

## Caput 44. De quiſque.

DE quiſque tria enodanda. Compoſitio ſignificatio, vſus.

Eſt

Eſt compoſitum à quis vel qui, & particula q;, inclinatur per omnes caſus. Vocādi caſu excepto.

Significat Hiſp. (cada, o todo) Eſt enim dictio vniuerſalis, & diſtribuens. Idem valet in ſingulari, quod in plurali. Idem eſt optimus quiſque, quod optimi quique. Ideo apud Poetas, & Hiſtoricos multitudinis numero iungitur. Oui. Fugiunt penates quiſque ſuos. Tibullus, Optabunt artes & ſibi quiſq; ſuas, Titus Liuius. diſcedunt q; ad ſuas quiſq; officiorum partes. *Ouid. li. 1 Meta. Tibul. li. 4 ad Phœbū. Titus Li. li. 6. Bell. Punici.*

Iungitur ſuperlatiuo & poſtponitur ei: Cicer. Sed neſcio quomodo doctiſsimus quiſque contemnit. Iungitur nominibus numeralibus ordinis. Primus, ſecundus & cæteris. Vt Plautus. Nam in foro vix decimus quiſque eſt, qui ipſe ſeſe norit, & tunc aliquando ſignificat electionem, Vt decimam quanque ouem Deo offero. (Vna de diez) vt in ſuperiori exēplo. Decimus quiſque. Hiſp. (Vno de diez.) *Cic li. 1. Tuſc. Plau. in pſeudulo. ac. 4 ſc. 2.*

Iungitur quoque nominibus non formātibus ex ſe comparatiua nec ſuperlatiua, aut ſi formant, raro, vt aſsiduus, ſtrenuꝰ, ſingularis, principalis, pius, & cum ſui, & ſuus. Vt Terentius. Quot capita tot ſententiæ. ſuus cuique mos. *Teren. in Phormiōe. ac. 1. ſc. 4.*

Quint. li. 2 c. 3. Cum quo & eo, iungitur comparatiuis. Quintilia. Erat eo obſcurior, quo quiſque deterior.

Sueto. in o th. c. 2. Iuſti. in proœmio. lib. 1. Cornelius, lib. 2. Adhæret poſitiuis non ita frequenter. Suetonius, ferebatur & vagari noctibus ſolitus atque inualidũ quẽque obuiorũ, vel potulentũ corripere, ac diſtento ſago impoſitũ in ſublime iactare. Iuſtinus. Cognitiõe quaq; digna excerpſi. Cornelius Tacitus, Trepidatiõe vulgi inualidus quiſque obtritus.

Ci. pro Cælio. Quotus, quãdo ſignificat id quod quis vel qui. Hiſpa. (quien) & tunc aſciſcit ſibi quiſque. Vt quotus quiſq. pie & iuſte viuit? Cic. At fuit fama, Quotus quiſq. iſtã poteſt fugere in tã maledicta ciuitate.

## Caput. 45. De omnis & cunctus.

Ci. in Verrẽ actiõe. 6 idẽ pro Lucio Flacco idem. li. 3. de natu. Deorum. OMnis & cunctus ſunt dictiones vniuerſales, ſignificãt. Hiſp. (todo) Aſciſcit omnis ſibi cõparatiuum & poſitiuũ, iungitur & ſuperlatiuo. Cic. Nõne vobis id egiſſe videtur, vt non vnius libidinem, non ſuos oculos, ſed omnium auariſsimorum inſanias cum Romam reuertiſſet expleret? Idem. Ipſe omnibus turpiſsimis iudicijs conuictus eſt. Idẽ. Ne in regnis quidem reges omnia minima curant.

Idem

Idē omnibus antiquiſsimis ciuib⁹ poſsit. *idē pro Cecinna.*
Idem. Quamobrem velim ad me ſcribas de omnib⁹ minimis maximis, & ſic apud eundem Ciceronē in alijs locis, vt Quintilianum omittam, lege noſtram annotationum Syluam. Plinius. Poſt longum tēpus epiſtolas tuas ſed tres pariter recepi, omnes elegantiſsimas, amantiſsimas. Idē. Niſi omnib⁹ optimis in ſua cuiuſq; laude præſtatior eſt. Quare illud Priſciani nō iure a Valla reprehenditur. Omniū iudicio comprobatur eruditiſsimorum. *idem. li. 5. epi. 8.* *Plini. li. 9. epi. 28.* *idem in Panegyrico. in principio ſui operis,*

Cunctus & omnis differunt, nam cunctus ſignificat omnes, ſed coniunctos & congregatos. Vnde illud Vergilij. Cuncti ſimul ore fremebant. Omnes autē dicuntur etiam ſi ſint in diuerſis locis. Aliquando ſignificat quantitatem continuam. Vt Ouidius, Dixerat, at genitor circum caput omne micantes depoſuit radios. Idem. Et omne cum tot ſyderibus cælum requieuit in illo. Pomponius Mela. Omne igitur hoc quidquid eſt, cui mūdi cælique nomen indidimus vnum eſt. Cicer. Qui omnem hunc mundum regit, idem, cuius hoc templum eſt omne, & vlterius Omnis enim terra quæ colitur a vobis, quod per acyrologiā dicitur. *Verg. li. 1. Aenei.* *Ouid. li. 2. Meta.* *idē, li. 4.* *Pompo. in prooe. li. 1.* *Cice. in ſōno Scipiōis* *ibidē ultra.* *ibidem ulterius.*

Cum

Cunctus iungitur poſitiuo & verbo, cōparatiuo. vero non memini me legiſſe iūctum quanuis Grammatici doceant.

Illud eſt conſiderandum orationē poſſe fieri per hæc omnia. Omnis cunctus, vniuerſus, quiſq;, vnuſquiſq; & per negatiua vniuerſalia, nemo non, nullus non; & per quis vel qui poſtpoſito verbo non, interrogando. Vt omnis Chriſtianus ſingulis diebus nō laudat Deū. Quis Chriſtian? ſingulis diebus non laudat Deū? Oīa ſuſtinebit Chriſtianus gloriæ adipiſcēdæ cauſa. nihil non ſubſtinebit Chriſtianus gloriæ adipiſcendæ cauſa.

## Cap. 46. De Aduerb. in, um, & in, o, alijſque vocibus.

*Vale. li. 4. c. 1. de Publio. Valerio Publicola. Titus li. 7. ab urbe cō. Teren. in Eunu. ac. 1 ſc. 2. Iuue. Saty. 11. Ci. li. 4. Acade.*

ADuerbia, in, um, iūgūtur poſitiuis & verbis, vt aliquantum doctus, multū facetus. Violatur tamen hoc pręceptum, vt apud Valerium Maximum: Nonne quantum domo inferior tātum ſuperior gloria euaſit? vbi iungitur comparatiuo, quemadmodum & apud Titum Liuium. Lentius id aliquantum bellum quam parti vtrique placebat, fuit. Terentius. Eius frater aliquantum ad rem auidior. Iuuenalis. Quantum ſublimior Atlas.

Paulum apud Ciceronem iungitur cū

ante

ante ibi. Et paulum ante dicendum eſt.

Iungitur etiam verbis ſignificantibus exceſſum, vt præſto excello, ſupero. Cicer. Multum excellunt virtutes propriæ. Idem. longe multumque præſtat mens. Idem, Longe omnes multũq; ſuperare. *Cic. li. 5. de Fini. idem ibidẽ. Idem in Verrem. 7.*

Aduerbia in, o, comparatiuis & ſuperlatiuis iũgũtur. Vt multo pulchrior, multo ſapientiſsimus, & cum his dictionibus, alius, aliter, ſecus, ante, poſt, preſto, malo, antecello, excello & ſimilibus, quod omnibus notum. Hoc de aduerbijs finitis in, o, comitem in, vm, habentibus intelligitur, vt multum, multo, aliquãtulum aliquanto. Non de illis manifeſto, certo, falſo, & alijs ſimilibus.

Aliquando tamen iunguntur poſitiuis & verbis. Terentius. Paulo qui eſt homo tolerabilis. Idem. Maligna multo & magis procax facta eſt illico. Cice. Hiſtrio ſi paulo ſe mouit extra numerum. Vter & neuter quoniam tantum habent locum inter duo, ſemper iunguntur comparatiuo. Vt vter dignior, neuter peritior. *Terẽ. in Heau. ac. 1. ſc. 2. Idem in Hecy. ac. 1 ſc. 2. Cic. Para. 3.*

Quis vel qui quia locum habet inter duo & plura, comparatiuo & ſuperlatiuo, vt quis gratiſsimus deo? Quid turpius ignorantia? Quintilianus. Ita non tantum *Quinti. li. 3. cap. 10.*

vtrum melius, ſed quid ſit optimum quæritur. Quãdo vter & quis vel qui iunguntur neceſſario damus huic ſuperlatiuum. illi comparatiuum, vt in Quintiliani exẽplo.

Per quãdo eſt aduerbiũ augẽtis ſignificat valde. iũgitur poſitiuis, vt, peracerbꝰ, peracre, id eſt, valde acerbus, valde acre.

Longe pro valde ſuperlatiuum poſtulat, vel lõge præſtãtiſsimus Domitius, & hæc, ſecus, aliter, alius, diuerſus, diſsimilis, alienus, vt lõge mihi alia mens eſt, & verbis ſignificãtibus exceſſum, vt præcello: præſto, poſthabeo, antecello, vt lõge prę cedunt ingenia viuẽtium. Et huiuſmodi nominibus princeps, præcipuus, primus. Vt longe Pindarus princeps.

*Cice. li. 8. ep. 15* Quam pro valde ſuperlatiuum poſcit, vt quam laxiſsimas habenas iuuenibus dare, malum eſt, & poſitiuum. Cice. *Idẽ. li. 3. de natu. Deo.* Habeo autem quam [illegible]a. Idem Soles ipſi *Ci. li Tu.* quam multi à Theologis proferuntur. *Mancinel. l. in Laur. li. 1. ca. 17* Iungitur comparatiuo, Mancinello teſte, citatque ſic loquẽtem Ciceronẽ, abaſcoſque quam plures ornauit auro argen- *Idẽ li. 2. ad Heren.* toque cælato. Idem Poſtea admonuimus cauſas eſſe quam plures. Verũ nactus eſt codicem mendoſum, in ijs enim locis cõ

plures

plures debet legi,non quam plures.

Quàm pro quantum poſitiuo gaudet, & cum his verbis poſſum,queo, valeo,& ſuperlatiuis vt Cicero.Quam potui maximis itineribus, ad Amanũ exercitum duxi.Salluſt.Qam maximas poteſt copias, armat. Ci.li. 15 epi. 14. ĩ Iugurthino.

Per quam,cum cæteris compoſitis,ſane quam valde quam, admodum quam, oppido quam poſitiuum & verbum poſtulant. Vt perquam pauci ſunt literarũ amatores,ſane quam refrixit,per quã velim ſcire quid agas.

## Caput. 47. De comparatiuis, & ſuperlatiuis.

ANtequam ad huius capitis interpretationem deueniamus, de comparatione tria docere dignum duximus, Definitio, Diuiſio,qui ſunt comparationis gradus.

Comparatio eſt alicuius rei exceſſus: Vt animus corpore eſt præſtantior.

Comparatio eſt duplex,aut fit ad vnum,aut ad plura. Quando ad vnum duplici modo,per partitionem, ſiue diuiſionem inter duo, vt manuum dextera eſt agilior.

agilior. Aut per comparationem, vt frater tuus eſt maior me.

Quando fit ad plures, item eſt bipartita, aut fit ad plures eiuſdem generis, vt Viriatus fuit Hiſpanorum fortiſsimus; aut ad plures diuerſi generis, vt Gallus Hiſpanis grandior eſt.

Gradus comparationis eſt triplex. Poſitiuus qui rẽ nudam ſignificat, vt velox. Comparatiuus autem gradus ſic ſignificat, vt poſitiui ſignificationem ſuperet, amplectitur namque poſitiui ſignificationem, & aduerbij magis, vt velocior, id eſt magis velox. Superlatiuus omnes ſuperat & antecellit, ſignificat em̃ vltimã qualitatem & quantitatem poſitiui. Includit in ſe eius ſignificationem & aduerbij valde, vt velociſsimus, id eſt, valde velox.

Hoc intelligendum, quando hi gradus inueniuntur ſoli, non conuncti. Tunc nãque aliquando comparatiuum ſuperabit ſuperlatiuum.

De comparatiuo, quinque ſunt annotãda, Definitio, Etymologia; à quot partibus orationis deſcendat, Formatio, Syntaxis.

*Priſci. li. 3.* Definitio aſsignatur à Priſciano, ſic comparatiuum eſt quod cum intellectu

poſitiui,

poſitiui,vel aliquo participe ſenſus poſi-tiui,ſignificat magis aduerbiū.Inquit, vel aliquo participe ſenſus poſitiui, propter comparatiua nō habentia nomina vnde deſcendant,vt ocyor,deterior, quæ ſic explanabuntur,magis velox, magis malus Etymologia eius eſt à comparo,as.

Venit à nominibus quātitatē vel qualitate ſignificantibus,incrementū,diminutionē recipiētibus ita ſapiens, prudens,ſapientior,prudentior.Et à verbis, vt deterior,à detero.Et ab aduerbijs,vt à diu,diutius,à frequēter frequētius. A propoſitionibus,vt à prope propior,ſupra,ſuperior.

Formatur in nominibus ſecundæ declinationis,à genitiuo addendo,or,vt doctus,docti,addēdo,or,doctior. in nominibus te..iæ,à Datiuo vt ſapienti ſapiētior, Exceptis ijs quæ præter cæterorū legem exeunt,qualia ſunt.

| | | |
|---|---|---|
| Bonus. | Melior. | Optimns. |
| Magnus. | Maior. | Maximus. |
| Nequam. | Nequior. | Nequiſsimus. |
| Malus. | Peior. | Peſsimus. |
| Paruus. | Minor. | Minimus. |
| Maleficus. | Maleficētior. | Maleficētiſsim⁹. |
| Magnificus. | Magnificētior. | Magnificentiſsimus. |

Munificus. Munificentior. Munificentiſ-
(ſimus.
Mirificus. Mirificentior. Mirificentiſſi-
(mus.
Beneficus. Beneficentior. Beneficentiſſi-
(mus.
Maledicus. Maledicentior. Maledicentiſ-
(ſimus.
Beneuolus. Beneuolentior. Beneuolentiſ
(ſimus
Maleuolus. Maleuolentior. Maleuolentiſſi
(mus.
Multiuolus. Multiuolentior. Multiuolen
(tiſsimus.

| | | |
|---|---|---|
| Senex. | Senior. | Superlatiuo caret. |
| Iuuenis. | Iunior. & Iuuenior ſuper. ca (ret. | |
| Vetus. | Veterior. | Veterrimus. |
| Dexter. | Dexterior. | Dextimus. |
| Aſper. | Aſperior. | Aſperrimus. |

Maturus. Maturior. Maturrimus & Ma-
(turiſsimus

| | | |
|---|---|---|
| Siniſter. | Siniſterior. | Siniſtimus. |
| Facilis. | Facilior. | Facilimus. |
| Agilis. | Agilior. | Agillimus. |
| Gracilis. | Gracilior. | Gracillimus. |
| Similis | Similior. | Simillimus |

Mul-

multus. Plurimus. Comparatiuo carent.
Multa. Plurima.
Multum. Plus, Plurimum.
Multi. Plures. Plurimi.
In plurali integrum eſt.

¶Quæ à verbis veniunt, ſic deducuntur.

Detero Deterior. Deterrimus.
Potior. tiris. Potior. Potiſsimus.
Sed hæc à nomine potis ego traho, non à verbo potior.

Quæ ab Aduerbijs & nominibus antiquis.

Extra. Exterior. Extimus, vel extremus.

Intra. Interior. Intimus.
Vltra. Vlterior. Vltimus.
Infra, aut inferus. Inferior. Infimus
Citra. Citerior. Citimus.
Supra, aut ſuperus ſuperior, ſupremus & ſummus.
Penitus, penitior, penitiſsimus.
Pridiem, Prior (vt videtur Priſciano) primus. *Priſc. li. 3. c. 1.*

Poſt, aut poſterus poſterior, poſtremus.

Quãdo comparatio fit per partitionẽ, id eſt, inter duos, regit genitiuum plura lem, vt Horatius. O maior iuuenum. Duo erant Piſonis filij, loquitur ad grãdiorẽ. Sic dicimus oculorũ dexter & hebetior. Aut cum ex, vt Cæſar, in teſtamẽto Ptolemæi patris, hæredes erant inſcripti, ex duobus filijs maior. Ouid. Cum minore pueris. quando comparatio fit per comparationem, id eſt, ad vnum, regit ablatiuum, vt diſcipulus magiſtro prudentior inuenitur. Aut cum caſu quem coniunctio quam poſtulauerit, qui erit ſimilis precedenti. Vt diſcipulus quàm magiſter prudentior inuenitur. Quintilianus. Libidinoſiores quam vllus ſpado. Plautus. Verſatior es quam rota figularis. Iuuenalis. Intolerabilius nihil eſt quam fœmina diues.

*Hora. in arte Poetica.*

*Quin. li. 6 cap. 4.*
*Plau. in ep. act. 3. ſc. 2. Iuue. Saty. 6.*

Non omne comparatiuum poteſt verti in ſuum poſitiuum, & quàm. Duobus modis quando ablatiuus eſt dictionis negatiuæ. Vt nullus, nemo, vt ego nemine ſum doctior, nõ expones ſic, ego ſum doctior, quã nemo, ſed ſic, nemo eſt doctior quã ego aut me, & nullo veſtrũ ſum doctior, nullus veſtrũ eſt doctior quam ego.

Secun-

Secundo modo quādo ablatiuus eſt nominis quis uel qui, vt video ſcholaſticum quo ſum maior, ſic explanabo. Ego ſum maior quam ſcholaſticus, quem video.

Quando comparatio fit ad plures diuerſi generis regit ablatiuum. Vt Hiſpani ſunt Gallis fortiores, aut vertitur in accuſatiuum cum inter, vt Quintilianus. Ille quoque occiſus eſt, qui inter nos vt appareret fortior fuit. Quintil. p Gladiatore

Omnis oratio quæ fit per comparatiuum cum ablatiuo, poteſt effici per poſitiuum & magis, Quintilianus. Orationē magis deformem fore. Teren. Hoc nemo fuit minus ineptus, magis ſeuer⁹ quiſquā nec magis continens. Elegantior eſt per comparatiuum. Quinti. li. 9. cap. 4. Terē. in. Eunu. ac. 2 ſc. 1.

Quando fit comparatio ad plura eiuſdem generis, regit ablatiuum cum relatiuo diuerſitatis, Vt Ioſephus fuit cæteris fratribus ſapientior. Habet etiam accuſatiuum cum inter & ablatiuum cum ex. Vt Ioſephus fuit ſapientior inter fratres, vel ex fratribus. In ſacro eloquio cum genitiuo. Vt maior horum charitas, quo modo loquendi vſi ſunt aliquando latini. Plinius. Tanto omnium triumphorum lauream adepte maiorem, Idem. Animalium Plin. lib. 7. cap. 39. idem lib. 11. ca. 28

fortiora quibus ſanguis craſſior. Idē Hoc exēplo libidinoſiores hominū quoq; hir cos colligēs. Sed Græcorū eſt phraſis hæc.

Idem. li. 11 c. 3. 9.

Comparatiuum per ſe poſitum ſemper habet vim poſitiui, autore Quinti. dicente: Vtimur vulgo comparatis pro abſolutis. Vt cū ſe qs infirmiorē eſſe dixerit, nūquam ſignificauit minus quam poſitiuū, vt Priſcianus docet. Vnde apud Vergiliū, Triſtior & lacrymis oculos ſuffuſa nitentes, Triſtior non eſt ſubtriſtis, aut parum triſtis, ſed plane triſtis. Dolebat namque Venus de caſu filij Aeneæ naufragiū patiētis, habebat oculos lacrymis oppletos, quod vtrunque argumentum erat ingentis triſtitiæ. Lege noſtram in Laurentiū cōmentaria.

li. 9. c. 3.

li. 1. Aenei. lib. 3

A neutra terminatione comparatiui oriuntur diminutiua addēdo culus, cula, culum, Vt durius, duriſculus, la, lum, Maiuſculus, la, lum, quæ explanātur per aduerbiū Paulo, vt minuſculus. i. Paulo minor, Pluſculum, Paulo plus. Hæc non regunt ablatiuum, ſed caſum, interueniente quā, Vt magiſter meus minuſculus eſt quàm tuus. Terentius. Thais ego quam ſum, maiuſcula eſt. Plinius. Duriſculū ſe fecit, quā volebat videri à vernaculis ſuis.

Terē. in Eunu. ac. 3. ſc. 3.

Pli. in proœmi. li. 1.

Aut

Aut ponuntur abſolute, Terentius. *Terē. in And. act. 5. ſc. 6.*
Nam fere grandiuſcula iam profecta hinc eſt.

Poſt nomina vniuerſalia ſupprimitur relatiuum diuerſitatis. Vergi. Sed cunctis altioribat Anchiſiades, ſubaudi alijs. Idē. Gradienſque Deas ſupereminet omnes, alias ſcilicet vel cæteras. Aut exprimitur, vt Verg. Scelere ante alios immanior omnes. *Verg. li. 8. Aenei. idem lib. 1. Aeneid. Ver. ibidē.*

## Cap. 48. De ſuperlatiuis.

Totidem ſunt conſideranda.

Superlatiuum eſt, quod ad plures ſui generis comparatum, omnibus ante fertur: aut abſolute prolatum, ſignificat quantum poſitiuum, cum hoc aduerbio. Valde. Sic fere Priſcia. vt fortiſsimus Græcorum Achilles, id eſt, ſuper omnes Græcos fortior, vel melius (vt Valla aſſeuerat) maxime Græcorum fortis. Aut poteſt intelligi (vt ſentit Antoni⁹ Nebriſ.) relatiuū diuerſitatis, ſuper cæteros Græcos fortis. ne ſuper ſe ſit fortis Achilles. Verū nō eſt recta doctrina quando orationes ſupplementis corrigere nitimur. *Priſ. lib. 3. Valla. li. 1 cap. 12. Anto. li. 3 c. 5.*

Etymologiam habet à ſuperſcripto.

Deſcendit ab eiſdẽ partibus quibus cõparatiuum.

Formatur in nominibus ſecundæ declinationis, à genitiuo addendo. ſſ & ſimus. Vt doctus, doctiſsimus. In nominibus tertiæ a genitiuo addendo ſimus, vt prudentis, prudẽtiſsimus, pręter ea quę contra regulam formantur.

Comparatur ad plura eiuſdẽ generis cum genitiuo plurali, aut ſingulari, nominis collectiui, & cum accuſatiuo & prępoſitione inter, & ablatiuo & prępoſitione ex, vt vxor tua caſtiſsima eſt fœminarũ, vel inter fœminas vel ex fœminis. Quod autem Vergil. dixit. Furiarum ego maxima pando, Harpia, Erat furia, nõ vere, ſed per quandam ſimilitudinem. Lauren. Putat non dici Latinè. Achilles fuit fortiſsimus Gręcorũ & Troianorũ, cum Cicero ſic loquatur. Hoc miniſtro non bipedum ſolum ſed etiam quadrupedum impuriſsimo Rempublicã perdidiſti, & Quintilia. Vergiliꝰ auſpicatiſsimũ dederit exordiũ omniũ eius generis poetarũ Græcorũ noſtrorũq; haud dubie proximꝰ. Ac Verg. Ingredere Teucrũ, ac Italũ fortiſsime ductor. Idẽ etiã Laurẽtius hãc orationẽ non probat,

*Verg. li. 3 Aeneid.*

*Cic. pro domo ſua.*

*Quint. li. 10. cap. 1.*

*Verg. li. 8 Aeneid.*

bat, ſum ditiſsimus fratrum meorum, ſed ſine pronomine cenſet dicendum, quia (vt ipſe ait) ego frater ſum, ſed frater meus nō ſum. Ratio profecto tā acutiſsimi viri ingenio minime digna. Nā eadē forma non diceretur ſum miſerrimus omniū mortalium, quia non ſum ego omnis mortalis. Veruntamen Cicer. ſic loquitur. Venit homo ſummo pudore expectatiſsimus ordinis ſui. Idem etiam Valla. ſi videret decem aureos ęqualis pretij, & vnum maioris, non audet loqui per ſuperlatiuū, iſte aureus eſt pretioſiſsimus aliorum. Cum ſuperlatiuum referatur ad plures ſui generis, ſiue ſint pares, ſiue impares; vt Liuius. Barbari diſsipati per agrum arcem Albanam petunt, quod vnum inter ęquales tumulos editiſsimum occurrebat. Superlatiuum ſine caſu poſitum explanabitur per poſitiuum cum aduerbio valde, vt fortiſsimus fuit Hannibal, id eſt, valde fortis.

*Ci. in Verrem.*

Quando adiungit, ſibi quam, non dabis ei caſum poſt ſe. Non enim ſic loqueris, ſum quam doctiſsimus omnium, ſed quā doctiſsimus tātum, ſic docet Pollicarius. Cum autem regit caſum, obtinebit ſignificationem comparatiui, vt fortiſsimus omnium Hiſpanorum Viriatus fuit. Hiſp.

*Polli. lib. 2 de conſtructio.*

(El mas fuerte d los Eſpañoles) & iterpretaberis per maxime & inter, aut ſup omnes cũ poſitiuo. Vt maxime fortis inter Hiſpanos, aut fortis ſuper omnes Hiſpanos. Lau. poſteriorem interpretationem negat.

*Lauren. li. 1. cap. 12.*

Comparatiuum quoties poſtponitur ſuperlatiuo, ſignificat plus quam ſuperlatiuum: vt doctiſsimus Quintilianus, ſed Cice. doctior. Cic. Vale igitur mi Cicero, tibique perſuade, te mihi quidem eſſe chariſsimum, ſed multo fore chariorem, ſi talibus monumen is, præceptiſq; lætabere. Ouidius. Qui mala cum tuleris plurima, plura feras. Idem. Cum poſsideãt plurima, plura petũt, & in hac phraſi cõparatiuum ſignificabit magis quàm ſuperlatiuum. ego ſum doctior, quàm tu qui es doctiſsimus. Cicero. Ego autem miſerior ſum, quam tu quæ es miſerrima. Superlatiu & comparatiua poſſunt regere caſum ſui poſitiui, vt hominem ſapientem auidiorem eſſe pecuniæ quàm ſcientiæ, maximum ſtoliditatis ſignum. Ouidius. E quibus illa fuit longa digniſsima vita. Quintus Curtius. Fatebitur, & regem talibus miniſtris, & illos tanto rege fuiſſe digniſsimos.

*Cic. lib. 3. offic. in fine*

*Oui. in Ibi dẽ. li. 1. faſto*

*Cic. li. 14. epiſt. 3.*

*Ouid. lib. 4 Meta.*

*Quint. Cur. li. 4. in fine.*

Caput

## Caput. 49. De diminutiuis.

AD huius capitis veram explanationē tria ſunt interpretanda: Definitio: Quid requiratur, vt aliquod nomen ſit diminutiuum, Significatio.

Diminutiuum eſt, quod diminutionem ſui primitiui abſolutè demonſtrat, ita Priſcianus. Abſolute ait, addidiſſe, propter diminutiua quæ a comparatiuis deducuntur, quæ comparando diminuunt. Semper enim comparantur ad aliquid: Vt maiuſculus comparatur ad grandis, id eſt, paulo maior eo qui grandis eſt, Minuſculus, paulo minor eo qui paruus eſt. Sēper ſignificat diminutionem, non abſolute ſed aliquo additamento. Vnde ex Priſciani verbis colligitur, iſta non dici diminutiua, quoniam non conuenit eis diffinitio, quia abſolutè non ſignificant: veruntamen recte dicentur diminutiua, diminutionem namque ſignificant a ſuo principali comparatiuo, vnde deducuntur. Priſ. li. 3.

Tria debet ſeruare aliquod nomē, vt ſit diminutiuum: declinationem, genus & ſignificationem ſui primitiui cum diminutio-

(El mas fuerte d los Eſpañoles) & iterpretaberis per maxime & inter, aut ſup omnes cũ poſitiuo. Vt maxime fortis inter Hiſpanos, aut fortis ſuper omnes Hiſpanos. Lau. poſteriorem interpretationem negat.

*Lauren. li. 1. cap. 12.*

Comparatiuum quoties poſtponitur ſuperlatiuo, ſignificat plus quam ſuperlatiuum: vt doctiſsimus Quintilianus, ſed Cice. doctior. Cic. Vale igitur mi Cicero, tibique perſuade, te mihi quidem eſſe chariſsimum, ſed multo fore chariorem, ſi talibus monumentis, præceptiſq; lætabere. Ouidius. Qui mala cum tuleris plurima, plura feras. Idem. Cum poſsideãt plurima, plura petũt. & in hac phraſi cõparatiuum ſignificabit magis quàm ſuperlatiuum. ego ſum doctior, quàm tu qui es doctiſsimus. Cicero. Ego autem miſerior ſum, quam tu quæ es miſerrima.

*Cic. lib. 3. offic. in fine*

*Oui. in Ibi de. li. 1. faſto*

*Cic, li, 14. epiſt. 3.*

Superlatiu. & comparatiua poſſunt regere caſum ſui poſitiui, vt hominem ſapientem auidiorem eſſe pecuniæ quàm ſcientiæ, maximum ſtoliditatis ſignum. Ouidius. E quibus illa fuit longa digniſsima viſa. Quintus Curtius. Fatebitur, & regem talibus miniſtris, & illos tanto rege fuiſſe digniſsimos.

*Ouid. lib. 4 Meta.*

*Quint. Cur. li. 4. in fine.*

Caput

## Caput. 49. De diminutiuis.

AD huius capitis veram explanationē tria ſunt interpretanda: Definitio: Quid requiratur, vt aliquod nomen ſit diminutiuum, Significatio.

Diminutiuum eſt, quod diminutionem ſui primitiui abſolutè demonſtrat, ita Priſcianus, Abſolute ait, addidiſſe, propter diminutiua quæ a comparatiuis deducuntur, quæ comparando diminuunt. Semper enim comparantur ad aliquid: Vt maiuſculus comparatur ad grandis, id eſt, paulo maior eo qui grandis eſt, Minuſculus, paulo minor eo qui paruus eſt. Semper ſignificat diminutionem, non abſolute ſed aliquo additamento. Vnde ex Priſciani verbis colligitur, iſta non dici diminutiua, quoniam non conuenit eis diffinitio, quia abſolutè non ſignificant: veruntamen recte dicentur diminutiua, diminutionem namque ſignificant a ſuo principali comparatiuo, vnde deducuntur. *Priſ. li. 3.*

Tria debet ſeruare aliquod nomē, vt ſit diminutiuum: declinationem, genus & ſignificationem ſui primitiui cum diminu-

tione, vt ingenium, ingeniolum, alueus, alueolus. Cæterum ſæpe eſt vt ſignificationem cum diminutione ſeruent, vt frater fraterculus, puluis, puluiſculum. Amplectutur duas ſignificationes, alteram amoris & adulationis, alteram contemptus, vt canicula (perrica) quæ adulationis vel amoris eſt, vel (perrilla) quæ contemptus. Exeunt in varias terminationes, in ellus, a, um, vt tenellus, la, lum: In illus, la, lum, vt (cantillus) a, m. In ollus, la, lum, vt ſergiole, corolla, palliolum: in vlus, la, lum, vt frater fraterculus, ſoror, ſororcula, munus, munuſculum: in aſter, & ſunt tantum duo ſurdaſter, & recaluaſter: In iſcus vt baſiliſcus, in Iũ, vt epiſtolium, quæ duo vltima ſunt Græcorum. lege noſtra in Laurentium cõmentaria.

## De Relatiuis.
## CAPVT. L.

Quatuor ſunt cõſiderãda. Definitio, Etymologia, Diuiſio, Cõcordantia. Relatiuũ eſt quod refert aliquod antecedens.

Aut eſt quod rem antecedentem refert, refert etiam rem conſequentem, quan-

quãdo eſt relatiuum diuerſitatis, aut quis vel qui.

Venit a refero, quod ſignificat iterum fero, inde a poſteriori ſupino, relato, fit relatiuum. Duplex eſt, ſubſtātiæ & accidentis, nunc de relatiuis ſubſtantiæ agēdum. De quibus tria ſunt aduertēda, Definitio. Numerus diuiſio.

Relatiuum ſubſtantiæ eſt, quod refert antecedens ſubſtantiuū. Vt ſum pius Aeneas, raptos qui ex hoſte pœnates claſſe veho mecum.

Sunt duodecim, qui, quæ, quod, ſuus, ſua, ſuum, ſui, ipſe, ille, is, idem, eadem, idē, hic, alius, alter, cæteras, cætera, cæterum, reliquus.

Diuiduntur in duas partes, in relatiua ſimilitudinis, quę ab alijs barbare identitatis dicuntur, & relatiua diuerſitatis.

Relatiuum ſimilitudinis eſt, quod refert antecedens, & conuenit cum eo.

Sunt octo, qui, ſui, ſuus, ipſe, ille, is, hic, idem.

Relatiuum diuerſitatis eſt, quod refert antecedens, & conuenit cum conſequenti, & ſunt quatuor, alius, alter, reliquus, cæterus.

Relatiuum accidentis eſt, quod refert antecedens

tecedens adiectiuum ſunt ſeptem. Qualis & quale. Quantus,ta, tum, quotus,ta, tum, quotẽnis,& quotẽne (quod exemplo caret) Quotuplu.,pla,plum. Quotuplex,plicis. Quot.

## De relatiuorum concordantia.

RElatiuum aut eſt ſubſtantiæ aut accidentis. Si eſt accidentis, debet conuenire cum ſubſtantiuo ſequenti, non cum antecedenti, in genere, numero, perſona & caſu. Vt mater tua eſt tanta quantus gigas. Cicero. Dixi de te, quæ potui, tanta contentione, quantum forum eſt.

Ci. li. 12. ep. 7.

Relatiuum diuerſitatis quanuis refert antecedens, ſemper cum conſequenti debet conuenire, vt vidi domi tuã ſuppellectilẽ & cætera amœna. Refert antecedens in ſenſu: vt video Petrum, & cæteros diſcipulos. Intelligo per relatiuum illud diuerſitatis, Petrum antecedens eſſe meum diſcipulum.

Relatiuum ſubſtãtiæ ſimilitudinis conuenit cũ antecedenti in genere, numero, & perſona, Vt Arma virumque cano Troiæ qui primus ab oris. Conuenit etiam in caſu

ſu,quando relatiuum & antecedens regũ tur ab vno eodemque verbo:vt quos miſiſti numos,erãt adulterini, Grammaticus dicendi modus eſt. Nummi quos miſiſti non erant boni. Vergilius. Vrbem quam ſtatuo veſtra eſt. Plautus. Sed iſtum quẽ quæris ego ſum. Apud poetas antecedẽs præponitur quis vel qui. Apud oratores elegantius antecedens poſtponitur quis vel qui, vt Quintilianus, Timeo ne quos porrexerim cibos venena fiãt. Timeo ne quam felem alueram, ſit rapta. *Verg. li. 1 Aeneid. Plau. in Cur. ac. 3. ſc. 1. In decla.*

Apud ſacros ſcriptores non ad vnguẽ ſeruatur hæc concordantia, vt Benedicite aquæ omnes quæ ſuper cælos ſunt. Nã antecedẽs eſt ſecũdæ perſonæ & relatiuũ tertiæ, dicturus erat interpres, quæ ſuper cælos eſtis. Sic in illo, vt in atriis tuis Hieruſalẽ, quæ ædificatur vt ciuitas pro ædificaris.

Diſcordat Relatiuum ab antecedente quatuor potiſsimum modis, primo per figuram Syntheſim quando relatiuũ cõuenit cum ſignificatione & non cũ voce. Vt Terentius. Vbi illic ſcelus eſt qui me perdidit? Idẽ Terentius, vt illũ dij deæq; ſeniũ perdant, qui me hodie remoratus eſt. *Terent. in And. act. 3 idem in Eunu. ac. 1 ſc. 3.*

Secundo per ſyllepſim. Vergi. Arcum *Ver. ecl. 3*

fregiſti

fregiſti & calamos quæ tu peruerſe Menalca.

Tertio quando relatiuum refert pronomina meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, Terentius, Laudare fortunas meas qui gnatũ haberem tali ingenio præditum.

*Terent. in And. act. 1 ſc. 1.*

Quarto quando refert totam orationem, eſt generis neutrius. Terentius. Qui habet ſalem, quod in te eſt, quod ſcilicet habere ſalem. Quis vel qui hic ponatur inter duo ſubſtãtiua, quorum alterum ſit proprium, nunc ambo ſint appellatiua vtrumque poteſt referre. Cicero. Propius à terra Iouis ſtella fertur, quæ Phaeton dicitur. Vnde conuenit cũ appellatiuo proprio omiſſo, & Idem. Cum autem me ex Cilicia ad Leucopetram, quod eſt promõtorium agri Rhegini venti tuliſſent. Plinius. Proditur certe in Creta expugnato oppido quod vocatur Arcadia ceſſaſſe fontes. Titus Liuius. Herculi ſacrificium fecit, in eo loco quem Pyram appellant.

*Teren. in Eunu. ac. 3*

*Ci. li. 2. de natu. Deorum.*

*Idẽ. Phi. 1*

*Pli. li. 31. c. 4.*

*Titus liuiꝰ. lib. 36.*

Quando ponitur inter duo ſubſtãtiua appellatiua vtrumque poteſt referri, ſed elegantius ſequens, vt in noſtra annotationũ Sylua docuimus. Cicero. Animal plenum rationis, quem vocamus hominem. Idem. Tũ domicilia coniuncta quas

*Ci. lib. 1. de leg.*

*Idem pro Seſtio.*

vrbes dicimus. Idem. Quibus tandem gradibus Romulus aſcendit in cælum, ijsne quæ iſti appellant bona? *Idē. Para. 1.*

Quando per appoſitionem præceſſe ſunt duo ſubſtantiua, quorum alterum eſt proprium, quis vel qui poteſt vtrunque referre. Cice. oppidum Himerā Carthaginenſes quōdam ceperant, quod fuerat in primis Siciliæ clarum & ornatum. Suetonius. Conſequutuſque cohortes ad Rubiconem flumen qui prouinciæ eius finis erat. *Ci. in Verrem. 4.* *Sueto. in Cæſaris uita.*

## De Patronymicis.

## C A P. L I.

Tria ſunt ad huius capitis interpretationem enucleanda, Definitio, Etymologia, Formatio.

Definitio aſsignatur à Priſciano ſic. Eſt quod à proprijs tantum deriuatur nominibus patrum, ſecundum formam Græcā, quòd ſignificat filios vel nepotes, vt AEacides, AEaci filius, vel nepos. *Priſci. li. 2*

Verum eſt aduertendum, abuſiue Patronymica ſolere deſcendere à nominibus

matrũ, vt Latonides, id eſt, Latonæ filius;
Ouid. li. 4 Meta. id eſt, Apollo. Iliades, Iliæ fil⁹, id eſt, Romulus, Oui. Vt corpora victa ſopore inuadant, portaſque premant, quas obijce fultas clauſerat Iliades. Item Cononides à matre dicitur Aeſculapi⁹, & Maiades, Maiæ filius, id eſt, Mercurius.

Formatur etiam ab auis maternis, vt Atlantiades Mercurius, id eſt, Atlantis natæ
Ouid. li. 1 Meta. filius, Ouidius. Sedit Atlantiades, & euntem multa loquendo detinuit ſermone diẽ. Sic Theſidæ, Cecropidæ, id eſt, Athenienſes. Aeneadæ, Romulidæ, id eſt, Ro-
Verg. li. 4 Georg. mani. Vergi. Prœmiaque ingentes pagos & compita circum Theſidæ poſue-
idem lib. 1. Aeneid. re. Idem. Defeſſi Aeneadæ quæ proxima littora curſu. A fratribus, vt Phaeton
Verg. ecl. 6. tiades, id eſt, ſorores Phaetontis. Vergi. Tum Phaetontiades muſco circundat amaræ corticis. Poetica tamen licentia dixit Phætontiades pro Phaetontiades.

Oritur à nomine Græco πατὴρ. πρὸς ὄνομα, τος, quaſi patris nomen, & mutatur, o, in, ω, & hoc in ια, vt Hieronymus, id eſt, ſacrum nomen, vel ſacra lex. Omnia Patronymica maſculina quæ in vſu Latino ſunt, vt plurimum terminantur in, des, & de-

& declinatur per primam declinationem, vt Aeneades, dæ. Priamides, dæ.

Formantur in nominibus, a genitiuo, e, mutata in des, vt Aeneas. æ, verſa in des, Aeneades. In nominibus ſecundæ, à genitiuo addendo de, vt Aeacides, Priamides. In nominibus finitis in eus formantur à ſecũdo genitiuo, finito in, ides, vt Theſeus Theſei, vel Theſides, dæ. In nominibus tertiæ à datiuo addendo, des, vt, Neſtorides, Antenorides. Poetæ autem pro arbitrio addunt, vel detrahunt, Itaque reperies. Atlantiades, & Amphitrioniades, Scipiades, pro Atlãtides, Amphitrionides Scipiõides.

Patronymica fœminina omnia ſunt tertiæ declinationis, formantur à nominatiuo Patronymici maſculini ablata de, vt a Primiades, Priamis, dis, OEolides, OEolidis. Aliquando aliter exeunt, vt ab Aeneades, Aeneis, Aeneidis genitiuo latino, & accentu in penultima, aut Aeneis, idos. Græco genitiuo, & accentu in penultima. Reperiuntur aliqua fœminina terminata in ne, primæ declinationis, vt Nerine, filia Nerei, Adraſtine, filia, Adraſti. Vergi. Nerine Galathea thyme mihi dulcior hyblæ. Verg. Ecl. 4.

Patronymicis in ſoluta oratione ne vtaris, Latini poſſeſsiuis pro Patronymi-

cis vtuntur. Vt Ciceronianus, Ciceronis filius. Albinus, Albi filius: quod euenit etiam Poetis, qui libenter poſſeſsiua pro Patronymicis vſurpant.

## De Aduerbijs. Cap. LII.

LOci differẽtiæ quatuor ſunt, aut ſignifico, me aliquid in aliquo loco egiſſe, aut de loco, aut ad locũ, aut per locum.

### Differentia loci in quo.

QVando volo innuere, me aliquid in aliquo loco egiſſe, poſſum id explicare, aut per aduerbia loci, aut per nomina ꝓpria, vel appellatiua loci. Si per aduerbia loci, his vtar.

| | |
|---|---|
| Vbi. | En donde. |
| Iſtic. | En eſſe lugar. |
| Illic. | En aquel lugar. |
| Sicubi: | Si en alguna parte. |
| Necubi. | En ninguna parte. |
| Alicubi. | En alguna parte. |
| Vbi vis. | En qualquiera parte. |
| Vbique. | En todo lugar. |
| Vbi vbi. | En qualquier lugar. |
| Vbicunque | En qualquier lugar. |

Ibidem

| | |
|---|---|
| Ibidem.indidem. | En el miſmo lugar. |
| Alibi. | En otro lugar. |
| Ibi. | Ay. |
| Ioibi. | En el miſmo lugar. |
| Vſquam. | En algun lugar. |
| Nuſquam | En ningun lugar. |
| Intus. | Dentro. |
| Foris. | Defuera. |
| Supra. | Arriba. |
| Infra. | Abaxo. |
| Paſsim. | Acada paſſo. |
| Subtus. | Debaxo. |

Si per nomina propria locorum ſignifi camus, aliquid egiſſe. Si nomen proprium loci inclinatur per primam aut ſecundam declinationem in ſingulari, ponetur in genitiuo, vt ſum Mantuæ, Brunduſij, Si eſt tertiæ declinationis, aut primæ, vel ſecundæ, plurali tantum inclinatum, in Ablatiuo. Vt ſum Athenis, Philippis, Carthagine.

Si per nomina appellatina, cuiuſcunque ſint declinationis, ponentur in ablatiuo. vt ſum in auditorio, in ſedili, in foro. Hæc ponuntur in genitiuo, perinde ac ſi propria eſſent. Domi, & in domo. Plinius. Et in domo turba externa acta Quintilianus. In domo furtum factum ab

Pli. 33. ca 1. Quinti. li. 5. cap. 10

*Cic. de Aruſpicum reſponſis. Idem lib. 2. ep. 7.*

ab eo, qui domi fuit, Cice. in domo tua eſt inædificatum ſacellum. Idem. Clodius in domo Cæſaris quondam vnus vir fuit.

Militiæ, à quibuſdam additur Togæ. Verum apud autores quos legi, quando volunt ſignificare Hiſp. *En la paz y en la guerra.* Domi, militiæq; aiunt vt Cicero. Quorum virtus fuerat domi, militiæque cognita. Salluſtius. Sed mihi multa legenti, multa audienti quæ populus Romanus domi, militiæq; mari, atque terra, præclara facinora fecit. Titus Liuius Quibus artibus domi militiæque & partum, & auctum imperium ſit. Quam locutionem per belli & domi enunciant alij. Salluſtius. Paucorum arbitrio belli, domique Reſpublica agitabatur. Cic. præterea quibuſcunque rebus vel domi vel belli potuerunt. Titus Liuius. Vt mihi belli domique poſtea niſi auſpicato augeretur. In bello & in pace dicunt quoq; autores. vt Liuius. Non in bello ſolum, ſed etiam in pace habuit. Belli & humi ponuntur quoque in genitiuo, vt apud autores patet. Et ruris, qui ablatiuus eſt antiquus, non datiuus. Vt veſperi, qui caſus pro rure, veſpere dicti ſunt, vt aſſeuerat Laurentius.

*Cic. lib. 1. Tuſcu. Salluſt. in Catili. Titus Liui. lib. 1. Deca. Salluſt. in Iugur. Cic. li. 2. offi. Titus liuius lib. 1. ab urbe cō. Liuius li. 4 ab urbe cō. Lau. 4. ca. 80.*

De

*De loci differentia, de quo.*

Si volo ſignificare, de loco aliquid actũ eſſe: ſi volumus vti aduerbijs loci, his vtemur.

| | |
|---|---|
| Hinc. | De aqui. |
| Iſtinc. | De eſſe lugar. |
| Illinc. | De alli. |
| Sicunde. | Si de algun lugar. |
| Necunde | De ningun lugar. |
| Aliunde. | De otra parte. |
| Vndevis. | De qualquier lugar. |
| Vndevnde. | De qualquier lugar. |
| Inde. | De ay. |
| Indidem. | Del miſmo lugar. |
| Intus. | De dentro. |
| Vtrobique. | En entrambas à dos partes. |
| Vtrinque. | De vna parte y otra. |
| Foris. | De fuera. |
| Superne. | De arriba. |
| Cælitus. | Del cielo. |
| Eminus. | De lexos. |
| Quominus. | De cerca. |

Si vis per nomina propria locorum loqui, pones ea in ablatiuo, vt venio Granata. Hiſpali, Athenis. Si per appellatiua in ablatiuo cum præpoſitione, de aut ex, vel, e, ab vt proficiſcor ex foro. Rure autem & domo ſine præpoſitione ponen-

ponentur, Domo cum præpoſitione legitur apud Liuium. Tuta atque integra ab domo venerunt.

Liui. li. 4. bel. Punic. Priſc. lib. 35. c. de ad uerbio.. Cic. li. 11. ep. 17. ad Atti, Idem li. 7. ep. 12 ad Atticũ Titus Li. lib. 1. Bel. Puni. Idẽ. lib. 4. Bel. Puni.

Reperiuntur aliquando nomina propria oppidorũ cum præpoſitione, vt bene docet Priſcianus. Cice. Illum ab Alexandria diſceſsiſſe, nemo dubitat. Idem. Pompeius ab Theano Latinũ verſus profectus eſt. Titus Liui. Ab Carthagine commeatus alerent, ſic loquuntur alij. Idem. Legati eo ab Apollonia venerunt.

## De Differentia loci ad quem.

Si loquimur per aduerbia, his vtemur.

| | |
|---|---|
| Huc. | Aca. |
| Iſtuc, vel iſto. | A eſſe lugar. |
| Illuc, vel illo. | A aquel lugar. |
| Siquo. | Si a algun lugar. |
| Nequo. | A ningun lugar. |
| Aliquo. | A alguna parte. |
| Alio. | A otra parte. |
| Vtroque. | A entrambos a dos lugares. |
| Quoquo. | A qualquier lugar. |
| Quouis. | A qualquier lugar. |
| Eo. | A quel lugar. |
| Eodem. | Al miſmo lugar. |
| Retrorſum. | Hazia tras. |
| Intro. | Adentro. |

Fo-

| | |
|---|---|
| Foras. | A fuera. |
| Surſum. | Arriba. |
| Deorſum | Abaxo. |
| Dextrorſum. | A la mano derecha. |
| Siniſtrorſum. | A la yzquierda. |
| Vtro. | A que parte. |
| Quopiam. | A alguna parte. |
| Quoquam. | A alguna parte. |
| Quorſum. | A que parte. |
| Nuſquam | A ninguna parte. |

Si per nomina propria locorum libet reſpondere, aut loqui, ea pones in accuſatiuo, vt eo Pariſios, Salmanticam. Cum his rus, domum, reperitur etiam & in domum. Cic. Eamque ex noſtra domo in ipſius domum patris detulimus.

*Cic. lib. 2. de legibus*

Propria locorum inueniuntur aliquando cum præpoſitione, in vel ad. Titus Liuius. Ad Capuam deſcendit. Idem. Ad Mundam, exinde caſtra punica mota. Cicero. Ad Meſſanam tranſire poſſent. Plura teſtimonia, in noſtra annotationum ſylua leges.

*Titus Li. lib. 5. Bel. Puni. Idē. li. 4. Bel. Puni. Cic. 7. in Verrem.*

Nomina vero appellatiua ponemus in accuſatiuo cum præpoſitione in, vel, ad. Vt confero me in agrum, aut ad forum.

### De differentia loci per quem.

*Ci. li. 3. ep. 7. ad Atti. idem li. 3. ep. 1. ad Atti.*

NOmina propria ponentur in ablatiuo, vt iturus Granatam, eo Toleto. Appellatiua in accuſatiuo cum prepoſitione per, Cicero. Accedemus in Epirum, aut per Candauiam tarde ibimus. Idem Cicero, vt cum ex Italia profecti eſſemus ſiue per Epirum iter eſſet faciẽdum. Aduerbia ſunt hec.

| | |
|---|---|
| Hac. | Por eſta parte. |
| Iſtac. | Por eſſa. |
| Illac. | Por aquella. |
| Siqua. | Si por alguna parte. |
| Nequa. | Por ninguna parte. |

*Cice. in q. Vat. pro Quintio. Plin. li. 16 cap. 27. Plau in p. log. Caſinæ. Salluſt. in Catili.*

Nomina regionum, Inſularum, Prouinciarum, ponentur in ſuis caſibus cum præpoſitione, vt proficiſcor in Aſiam, venio ex Creta. Sum in Hiſpania, eo in Germaniam, per Galliam. Cic. In Gallia geſtum eſt. Plinius. Perſicæ arbores in Rhodo florent tantũ. Plautus. At ego aio hoc fieri in Græcia, & carthagine, & hic in noſtra terra, atque in Apulia. Salluſtius Caium Iulium in Apuliam dimiſit. Cicero. Nam aut accedemus in Epirum, aut per Candauiam tarde ibimus.

*Cic. lib. 8. epiſt. 7. ad Atti.*

Aliquando tamen nomina prouinciarum & inſularum ponuntur in genitiuo

præ-

præſertim, ac ſi nomina oppidorũ propria eſſent. Salluſtius. Romæ Numidiæque facinora eius memorat. Cic. Si Pompeius Italia cedit. Quintilianus. Quẽ quoque audierat Rhodi. Cic. Binas antea accepi literas Corcyræ datas. Marcus Varro. Tres cum emerũt Epheſi ſingulos ſeruos. Venio Rhodũ etiam dicimus. Cice. Cum ego prætor Rhodum veniſſem. Rhodo diſcedo etiam dicitur. Cic. Rhodoque Alexandriam Caium Caſsium profectum eſſe Conſtat, Idem. Qui Siciliã adijt, Africam explorauit, inde Sardiniam cum claſſe venit.

*Sall. in Iugur. Ci. li. 7. ep. 11. ad Attic. Quin. li. 4 cap. 6. Cic. li. 4. ep. penult. Varro. li. 1. de lingua Latina Cic. li. 1. de Orato. Cic. li. 11. ep. 13. ad Attic. Idẽ pro lege. Manilia.*

FINIS.

# LIBRI SYN taxeos Epitome.

VERBVM EST duplex, perſonale & imperſonale. Perſonale quinque genera habet. Quorũ primum eſt actiuũ, quod vtranque vocem cũ ſignificatione obtinet. Cuius ſex ſunt ordines.

Primus, eſt accuſatiuum regentium, à qua Syntaxi nullum actiuum priuatur, niſi ſit abſolutum.

Secundus, eſt regentium genitiuum & ablatiuum in quo includuntur hæc verba Implendi, præter hæc quæ ſunt quinti. Oppleo imbuo, expleo, refercio. Accuſandi, Damnãdi, præter ea quæ ſunt quinti. Abſoluendi.

Tertius, eſt poſt accuſatiuum, datiuum poſtulantiũ. Quos caſus multa ſunt, actiua ſibi adiungentia, Dandi, AEqualitatis, Eminentia, Vendicandi, Commendandi, Mit-

Mittẽdi,Scribendi,dicendi, Narrandi Fa-
cio cum cōpoſitis,ſufficio,præficio. Defi
cio,Dedendi,Indicandi,Obſtaculi, Adhæ
rentia,Auferendi,quæ ſunt etiam ſexti.
Cum his conſulo,ſuadeo,perſuadeo , inſi
go inonſtro,inuideo.

¶ Quartus. Duos accuſatiuos amplecti-
tur,vt doceo,dedoceo , edoceo,perdoceo
Traijcio.Et verba orandi,petendi.Contẽ-
do,eſt ſexti tantum.Cælo,as.

Quintus, poſt accuſatiuum ablatiuum
exigit,in quo ſunt hæc.Inuitandi, Sotian
di. Hæc implendi, oppleo , imbuo, ex
pleo.Hæc damnandi,Multo,punio, Con
uinco.Onerandi,Leuandi.priuandi, cum
his a facio compoſitis afficio,conficio, re
ficio.Delectandi,Laudandi, Vituperan-
di.Mutuo,Dono , Impertio & impartio,
Verba,Ornatus.

Sextus . Accuſatiuum & ablatiuum
cum præpoſitione, de, e,ex, a,ab,amat.
Cuius ſunt verba Separandi , petendi,
Accipiendi , Audiendi, Diſcendi , Libe
randi,Defendendi.Cum impetro,cōduco,
quæro,moneo,Vindico,cas,cęlo,las.

De uerbis Paſsiuis.

Paſ-

PAſsiuum finitur in or; cum ſignificatione paſsiua regit nominatiuũ perſonæ patientis, ablatiuũ perſonæ agentis, vel datiuum, vel accuſatiuum cum præpoſitione, per.

## De neutris.

NEutrum duntaxat reperitur in voce actiua. Diducitur in ſex ordines.

Primus, regit genitiuum quem ſequuntur hæc ſolum verba, Egeo, indigeo. Memini, & careo per Archaiſmon.

Secundus, regit datiuum quem habet verba, Obediendi, Fauẽdi, Seruiẽdi, Prouidendi, Impedimenti, Parcendi, Nocendi, Timendi in bonam partem, Adhærendi, Sufficiendi, Doleo, Reſto, nubo, Impono pro fallo, Caueo, pro cõſulo. Compoſita à verbo ſubſtãtiuo, ſum, es, fui. Irridendi Aggrediendi.

Tertius, Ablatiuum optat, vt verba Manandi, Carendi, ſto, cõſto, gaudeo, æſtuo, ſudo, flagro, fragro, gras,

Quartus, Paſsiui Syntaxim ſibi adiungit, quam habent hæc quatuor tantum. Vapulo, Veneo, Exulo. Liceo.

Quintus

Quintus nullum caſum habet poſt ſe. eius ordinis ſunt omnia neutra abſoluta. Sextus eſt regentium accuſatiuũ.

## De deponentibus.

DEponens, paſsiuam vocem, verum ſignificationem actiuam retinet, Cõtinet ſex ordines.

Primi ſunt miſereor, obliuiſcor, recordor, reminiſcor, potior.

Secundus datiuũ ſibi adiungit, vt hæc Fauendi. Obſequendi, Adulandi, Gratulandi, Minandi, Aſſentiendi. Inſidiandi.

Tertius accuſatiuum deſiderat, Conſolandi. Deteſtandi. Fateor cum compoſitis. Loquor cum compoſitis, Sequor cũ compoſitis. Mercor cum compoſitis, Imitandi.

Quartus ablatiuum ſine præpoſitione auet, vt lætor, glorior, Vtendi, veſcor, nitor, conor.

Quinti ordinis verba omnia ſunt abſoluta.

Sextus ablatiuum cum præpoſitione, a, vel, ab, e, ex optat, vt Orior, Naſcor, Patior, Queror pro lamentor.

De

## De imperſonalibus.

EST duplex, actiuæ & paſſiuæ vocis. Imperſonale actiuæ vocis partimur in quinque ordines.

Primus regit genitiuũ & infinitiuũ, cuius ſunt tria, intereſt, refert, eſt, erat. Mea, tua, ſua, noſtra, veſtra, cuia, dicimus cum duobus primis. Meum, tuum, ſuum, noſtrum, veſtrum, cuium, cum poſtremo.

Secundus datiuum, vt accidit, euenit, contigit, obtingit, quæ ſignificant, aconteçer. Conducit, Expedit, Preſtat, Conuenit, Placet, Cõſtat, Patet, Liquet, Licet, Libet, Dolet, Vacat.

Tertius, accuſatiuum & infinitiuum, huius ſunt. Delectat, iuuat, oportet, decet.

Quartus, cõſtructionem verborũ quinti ordinis habet. Vt incipit, deſinit, poteſt, ſolet, debet.

Quintus, gubernat poſt accuſatiuum genitiuum & infinitiuum, ſunt hæc, Pœnitet, Piget, Pudet, Tædet, Miſeret, Miſereſcit, Commiſereſcit.

### *De imperſonalibus paſſiuæ uocis*

Imperſonale paſſiuæ vocis eſt quod finitur per tertias perſonas paſſiuæ vocis, vt curritur, currebatur, curſum eſt

vel fuit, regit ablatiuum cum præpoſitione, a, vel, ab, & datiuum ſi venit à verbo regēte datiuum, habet ſignificationem actiuam omnium numerorum & perſonarū.

### De infinitiuis.

EST duplex, actiuæ & paſsiuæ vocis. Infinitiuum actiuum habet accuſatiuum à parte priori perſonæ agentis, à poſteriori caſum verbi à quo deſcendit, ut bonum eſt [illegible]mines diligere virtutes, miſereri pauperum. Infinitiuum paſsiuum, accuſatiuum à fronte perſonæ patiētis, & poſt ſe ablatiuum cū præpoſitione, a, vel, ab. Bonum eſt virtutes diligi ab hominibus.

In infinitiuo verbi ſubſtātiui Reciproci & vocatiui ſi præceſſerit rectus ſequatur rectus, ſi obliquus accuſatiuus, vt volo me eſſe bonum, opto eſſe bonus.

### De gerundiis.

EST Duplex, ſubſtantiuum & adiectiuum. Subſtantiuum habet vnum genus neutrum, vnum numerum ſingularem, quinque caſus. Nominatiuo, Amandum, Genitiuo, amandi, Datiuo, amando, Accuſatiuo, amandum, Ablatiuo, ab amādo. Habet ſignificationem & conſtru-

ctio

ctionem verbi vnde deſcēdit. Gerundium adiectiuum habet omnia genera numeros et caſus. Significat paſsionem præſentem vt liber legendus, id eſt qui legitur. Nihil regit.

### De ſupinis.

EST item duplex, prius, et poſterius. Prius, actionem ſemper ſignificat, prę terea quæ veniũt à verbis Neutris quarti ordinis. Regit caſum verbi vnde deriuatur, Regitur à verbo ſignificanti motum, Poſterius ſignificat paſsionem. nihil regit gubernatur ab adiectiuis, et his ſubſtantiuis, fas, nefas, opus.

### De participiis.

SVnt triplicia, præſentis, præteriti, et futuri, præſentis, finiuntur in, ans, et ens, quæ ſignificant actionem, præter ea quæ à Neutris quarti proficiſcũtur, vt Vapulans, exulās. Præteriti paſsionem, quæ à deponentibus actionem.

Participia futuri, quæ in dus paſsionẽ. In rus, autem actionem. Omnia obtinent ſignificationem & conſtructionem ſuorum verborum.

### De Quiſque, Omnis, & cunctus alijsque orationis partibus.

QViſque ſignificat, *todo, o cada.* Iūgitur ſuperlatiuo, raro poſitiuo, & poſtponitur.

Omnis gaudet ſibi adiungere poſitiuū, comparatiuum & ſuperlatiuum, Cunctus poſitiuum & comparatiuum. Quo & eo, comparatiua poſtulant.

Aduerbia in u[illegible]iunguntur poſitiuis & verbis. In o cōpar[illegible]iuis & ſuperlatiuis. Per, & perquam adhærent poſitiuo, lōge, quam pro valde ſuperlatiuo.

*De comparatiuis & ſuperlatiuis.*

COmparatiua amant ablatiuum in cōparatione ad vnum, vt ſum doctior te, Inter duo, genitiuum vel ablatium cum præpoſitione de, ex, vt fratrum minor eſt fortior, vel ex fratribus. Poſcit etiam ablatiuum in comparatione ad plura diuerſi generis. Vt ego Hiſpanus ſum fortior omnibus Gallis. Inter plura eiuſdem generis habet locum ſuperlatiuum cum genitiuo numeri pluralis, aut ſingularis ſi eſt nominis collectiui.

Comparatiuum ſignificat idem quod poſitiuum, vt velocior eſt comes tuus, pro velox. Quando eſt comparatum ſignificat idem quod poſitiuus & aduerbiū magis, vt Validior, id eſt, magis validus.

Super-

Superlatiuum quãdo eſt abſolutum, ſignificationem poſitiui & aduerbij valde, obtinet. Quando comparatum idem ſignificat quod comparatiuum.

### De diminutiuis.

EST ei ſignificatio poſitiui cum diminutione, quæ eſt duplex, aut amoris ſiue adulationis. Vt Pileolus (bonetico) Canicula (perrica) aut contemptus. vt (bonetillo, perrilla)

### De relatiuis.

EST duplex, ſubſtantiæ & accidentis. ſubſtantiæ eſt quod refert antecedẽs ſubſtantiuum. Sunt duodecim. Qui, ſui, ſuus, ipſe, ille, is, hic, idem, alius, alter, reliquus, cæterus. Octo priora dicuntur ſimilitudinis, quia referunt antecedens & conueniunt cum eo. Vt magiſter docet, qui ſtat. Quatuor poſteriora ſunt diuerſitatis, quia referunt antecedens in ſenſu, conueniunt cum conſequenti. Relatiuum antecedentis eſt quod refert antecedens adiectiuum, ſunt ſeptem. Qualis, quãtus, Quotus, quotenus, quotuplus, quotuplex, quot.

### De patronymicis.

PAtronymicis vtuntur poetę tantum, oratores vero poſſeſsiuis nominibus. Deſcendunt à nominibus proprijs. Significantque aliquem ex poſteris illius à quo deducuntur, vt Anchiſiades, filius Anchiſæ.

### De Aduerbiis loci.

QVatuor ſũt loci differẽtiæ. In quo, de quo, ad quem, per quem, & per quãlibet harum tribus modis loqui poſſumus per nomina propria locorum, per appellatiua, per aduerbia.

Nomina propria loci in quo primæ aut ſecundę declinationis ponuntur in genitiuo, ſi in ſingulari declinantur. Si in plurali, aut ſunt tertiæ, in ablatiuo.

Nomina appellatiua in ablatiuo cum præpoſitione in, ponẽtur. Aduerbia ſunt. Vbi, iſtic, & alia quæ in libro Syntaxeos inuenies.

Nomina propria loci de quo in ablatiuo, vt venio Toleto, Si fuerint appellatiua in ablatiuo cũ præpoſitione, de, e, ex. Vt venio ex vrbe magna. Aduerbia ſunt

Nomina propria loci ad quem in accuſatiuo, vt eo Hiſpalim. Appellatiua in accuſa

cuſatiuo cū præpoſitione, in, vel, ad, vt eo ad oppidum, eo in forum. Aduerbia ſunt huc, iſtuc. &c. quæ ſupra,

Nomina propria loci per quē in ablatiuo, vt iturus Granatam eo Toleto, appellatiua in accuſatiuo cū præpoſitione per, Aduerbia ſunt. Iſtac, illac. &c.

Hæc de quarti libri Breuiario.

SALMANTICAE.
In ædibus Ioannis Baptiſtæ à Terranoua,
M. D. LXXIII.